Homiliarum ergo in Genesim, quas in Quadragesima habuerat, cursum interpellarit, ut in hebdomada sancta de Juda et de cruce ageret, ac continenter de resurrectione, moxque de Actis Apostolorum, intermixtis admonitionibus ad eos qui nuper baptismi gratiam acceperant. Homilia vero secunda de Juda proditore Tom. II, his verbis incipit, *Volebam de patriarcha rursus sermonem habere*; hoc est, de Abrahamo, de quo in trigesima secunda in Genesim homilia sermonem habuerat, postquam homiliam, ipso narrante, ab illo argumento abstinuit aliquantum, ut supra memoratas conciones haberet. Homiliam porro de cruce quam supra memorat an habeamus incertum est; nescimus enim an ea alterutra sit earum quas secundo Tomo edidimus. Homilia vero de resurrectione quam edidimus Tomo secundo quæ hunc titulum habet, *contra Ebriosos et de Resurrectione*; illa, inquam, homilia eadem ipsa est quæ memoratur supra in loco illo, ex trigesima tertia in Genesim excerpto, quod sic eviderenter probatur. In hac de resurrectione homilia; ubi de ebrietate multa edisserit, hæc ait num 1: *Abstineamus ab ebrietate: non dico, abstinemus a vino, sed ab ebrietate abstinemus; non vinum efficit ebrietatem: est enim Dei creatura; Dei porro creatura nihil efficit mali, sed voluntas maligna efficit ebrietatem*. Hæc autem verba mire consonant cum illis Concionis primæ in principium Actorum, tertii Tomi num. 2: *Non sunt igitur malum divitiæ, sed illegitimus earum usus est malum. Et sicut nuper de ebrietate verba faciens non vinum accusabam; quippe cum omnis creatura Dei bona sit, quæ cum gratiarum actione percipitur: sed malum usum, etc.* Hæc itaque concio, ut illud, nuper, indicat habita fuit paucis diebus post illam contra ebriosos et de resurrectione, id quod mirifice consonat cum illo supra allato loco ex Homilia 33 in Genesim: *Postea illucescente Resurrectionis die, necessarium erat ut de resurrectione Domini caritatem vestram doceremus: et sequentibus diebus per ea miracula, quæ tunc facta sunt, resurrectionis demonstratio iterum offerenda erat: quando etiam Apostolorum Acta explanare cœpimus, inde vobis continua apponentes convivium, et crebris continuisque admonitionibus eos, qui nuper baptismi gratiam acceperant, exhortantes*. Inde vero quædam necessario inferenda videntur, nempe Homiliam illam contra ebriosos et de resurrectione eodem anno habitam fuisse quo dicta est Homilia de Juda proditore, triduoque post illam: alias quoque sequentibus diebus de resurrectione dictas fuisse quæ jam non exstant: atque eadem serie Homilias de Actis Apostolorum, sive de principio Actorum, quæ paucis post resurrectionem diebus haberi cœptæ sunt. Inde etiam planum est Homilias in Acta non esse illud opus in omnia Apostolorum Acta, quod in tomo 9 edetur, quodque ad conciones Constantinopolitanas referendum est; nam illæ conciones annum fere integrum occuparunt; hæc autem decem numero tempore a Pascha ad Ascensionem intercurrente habitæ sunt. Alioquin vero idipsum clare testificatur Chrysostomus Homilia eadem prima in principium Actorum num. 3, ubi hæc legimus: *Superioribus diebus apud vos de apostolicis verbis, deque evangelicis disseruimus, cum de Juda verba faceremus: disseruimus et de prophetis; hodierno die volumus de Actis Apostolorum verba facere, etc.* Advertas etiam velim, in prima et tertia Homilia in principium Actorum haberi admonitionem ad illos qui nuper baptismi gratiam acceperant, ut dicitur in loco supra allato ex trigesima tertia homilia in Genesim. Perspicuum igitur est Homilias in Genesim, de Juda proditore, et in Acta sive in principium Actorum una serie eodemque anno habitas fuisse. Hæc porro Homiliæ in Acta decem numero fuere, nempe quinque in principium Actorum, quarum secundæ maxima pars interiit. Quatuor item Homiliæ de mutatione nominum in hac serie ponendæ, quia argumentum, ut videre est, sumitur ex libro Actorum; licet enim in quarta illud primæ ad Corinthios, *Paulus vocatus, etc.*, explicet, argumentum tamen priorum concionum ibi passim prosequitur. His homiliis adjungendus Sermo ille nonus in Genesim, ultimus nempe eorum sermonum, qui post 67 homilias priores locantur, quique ad illarum in Acta homiliarum seriem ideo pertinere potest, ut videas in Monito ad eundem. Decem itaque Homilias in Acta tunc habitas dicere possumus.

Exploratur ergo est, ut diximus, illas homilias eodem quo illas in Genesim anno, eademque in urbe, habitas fuisse. Antiochiæ vero, an Constantinopoli habitæ fuerint, non est quod perquiramus; quando in secundæ Homiliæ in principium Actorum exordio, perinde atque in titulo dicitur eam in Palæa, seu in veteri ecclesia habitam fuisse: quæ Palæa celebris Antiochena ecclesia erat, ut nemo nescit. Id quod etiam probatur ex initio Homiliæ duodecimæ in Genesim, ubi ait se cursum homiliarum in hunc Scripturæ librum interpellasse, ut eos commonefaceret, qui aberant a caula Christi, et Judæos seclabantur, id est, Judæorum jejunium jejunabant; nam in Quadragesima et jejunii tempore hi sermones sunt habiti. Hujusmodi autem morbo laborabant quidam Antiochenorum, adversus quos etiam concionem habuit Chrysostomus anno 386, cui titulus: *Adversus eos qui Judæorum jejunium jejunant*. Quamobrem cum de Constantinopolitanis nihil hujusmodi scriptum occurrat uspiam, hinc sequitur Antiochiæ has conciones dictas fuisse, quod ex supradictis jam liquido comprobatum est.

§ II. Quo anno Homiliæ in Genesim habitæ sint.

Restat ut quæramus de anno quo hæc Homiliæ in Genesim sunt habitæ. Qua in re nos omnino hæerere fatemur. Circa hanc quæstionem operose edisserit vir sagacissimus, omniumque longe accuratissimus, Tillemontius, cujus verba Latine translata referre ne pigeat.

« Quod spectat annum, quo hæc Homiliæ sunt habitæ, nonnisi conjectura dicere possumus. Illas Chrysostomus habere cœpit Dominica jejunium præcedente, ut per Quadragesimam

idem argumentum, ut verisimile est, tractaret. Secunda enim die sequenti, feria scilicet secunda et prima die jejunii, dicta fuit; tertia, feria tertia; quarta, die insequenti. Sicque reliquas continenter singulis diebus habitas fuisse credere est, licet id non significet Chrysostomus; nisi forte ex occasione quadam aliud argumentum tractandum occurreret. Certum quippe est populum quotidie in ecclesiam convenisse, Chrysostomumque singulis diebus concionatum esse. Eodem etiam in Genesim argumento pergebat Sabbato et Dominica, licet iis diebus non jejunaretur: nam undecima homilia in horum alterutro die habita fuit. Homiliæ quinta, sexta, septima, octava, nona continenter suis quæque diebus habitæ fuerunt. Neque dicere possis eas ad quinque dies jejunii secundæ hebdomadis pertinere; nam decima in die jejunii dicta fuit, » et in hebdomada quinque tantum jejunii dies erant, « et undecima Sabbato istius secundæ hebdomadis pronuntiata est. Si ergo homiliæ in Genesim singulis diebus una serie habitæ fuerint, id quod circa sex saltem priores omnino verisimile est, sexta utique feria sexta primæ hebdomadis Quadragesimæ pronuntiata fuerit.

« In sexta homilia Chrysostomus queritur Antiochenos, nulla quotidianarum adhortationum, nulla quadragesimalis pœnitentiæ ratione habita, circi ludis interfuisse. Hi haud dubie circenses ludi eadem ipsa die celebrati fuerant; nam in Quadragesima vespertino tempore conciones habebantur: unde consequi videtur hunc annum esse aut 395, aut 396. Kalendarium enim Romanum ludos nullos assignat initio mensis Martii. Ludi quippe Gotthici, qui a quarta Februarii ad nonam habebantur, non hic a Chrysostomo commemorantur. Verum ludi adhuc assignantur undecima Februarii, qui anno 395 concurrit cum feria sexta primæ hebdomadis Quadragesimæ, quia Pascha istius anni incidit in vigesimam septimam Martii. Annotantur etiam ludi ad ultimam Februarii, id quod ad annum 396 pertinere potest, quo cum Pascha incideret in decimam tertiam Aprilis, vigesima nona Februarii concurrebat cum feria sexta primæ hebdomadis Quadragesimæ. Ex istis vero duobus annis antefrendum ducimus annum 395, quia putamus Chrysostomum anno 396 Homilias de pœnitentia habuisse. Quibus ita constitutis, ludi circenses illi, de quibus queritur Chrysostomus homilia 41, quæ tribus post Pentecosten hebdomadibus habita est (id est forte Sabbato 4 Junii, si vere sit annus 395), illi fortasse erunt qui ad primum istius mensis diem notantur. Verum hæc non ut rem exploratam et certam damus: cum maxime ignoremus utrum hoc Kalendarium tunc temporis Antiochiæ in usu esset, nec sciamus utrum ludi omnes circensium cursus exhiberent. Poterant item ludi celebrari non consueto ordine. Imo etiam ludi annotantur ad duodecimum diem Februarii perinde atque ad undecimum; ita ut cum Chrysostomus absterret eos qui circo adfuerant, ne in par erratum incidant, videatur monere debuisse, sequenti die exploratum fore num monitis suis obtemperassent. Verum ii forte ludi qui duodecimo die celebrabantur non erant circenses: nam ibi Kalendarium non notam præfert cm. XXVIII. id est commissuræ XXIV, quæ videtur mihi esse nota ludorum circensium. Illa quoque nota cm. XXVIII. et cm. XII. occurrit ad nonam, vigesimam quintam, et vigesimam septimam Februarii: verum hi dies ne per totum quidem tempus quo presbyter fuit Chrysostomus in feriam sextam primæ hebdomadis Quadragesimæ incidunt. Illa nota cm. ad ultimam Februarii non ponitur, quo etiam excluditur annus 396.

« Alio item argumento abducimur ne anni 395, quem assignamus, notas esse certas putemus: quod videlicet non omnino exploratum sit sextam homiliam feria sexta habitam fuisse. Cum enim undecima Sabbato secundæ hebdomadis haud dubie dicta fuerit, ex tredecim præcedentibus diebus, incipiendo a Dominica ante Quadragesimam, in qua prima homilia habita fuit, tres certissime dies, aut concione vacui fuere, aut conciones habuere ad aliud argumentum pertinentes, vel si ejusdem argumenti fuerint, certe jam deperditas. Atqui tres illi dies non nisi ante quintam, vel decimam vel undecimam statui possunt, quia aliæ omnes continenter et una dierum serie dictæ sunt. Ex hisce porro tribus unus saltem inter decimam et undecimam constituendus: qui enim pransi decimæ adfuerant, non feriam sextam, ut credere est, delegerant, ut jejunium solverent. »

Hactenus Tillemontius: ubi observes quanto labore ac studio, uti solet, illas temporis notas sit persequutus; quantaque prudentia a judicio absolute ferendo absteineat. Contra illam vero sententiam, quam ille hærens et subdubitans amplectitur, alii et fortasse majores possunt scrupuli proferri. Kalendarium enim illud Romanum Constantini Magni anno 325, ut fertur in titulo, editum, et a Petavio publicatum in Uranologio p. 112, incertum est an idem manserit ad usque finem sæculi quarti; imo certum videtur in multis saltem mutatum fuisse: nam secundum profanæ plurium deorum religionis ritus concinnatum est totum; qui impii ritus demum sub Theodosio Magno sublatis sunt. Ad hæc certum videtur urbes illas orbis præcipuas, qualis erat Antiochia, suos, aut aliquos saltem sibi proprios habuisse ritus, quantum ad ludos et alia in Kalendaris adscribi solita: quo posito quid possumus ex Kalendario Romano circa Antiochenos ritus statuere? Quod vero dicitur, querimoniam Chrysostomi initio homiliæ sextæ non spectare ludos Gotthicos, id certe divinando dici videtur; quis enim scit an in ludis Gotthicis, saltem in eorum quibusdam, cursus equorum adhiberetur? At contra hujusmodi cursus totus est Chrysostomus in homilia sexta. Demum tabulas Paschales, queis hæc omnes conjecturæ nituntur, aliquando fallaces esse probavimus in Monito ad Homilias contra Judæos Tom. I. Nec tam perspicue scimus utrum circa celebrationem Paschæ ritum Alexandrinum servarent Antiocheni. Iis omnibus itaque perpensis fateamur necesse est, incertum prorsus esse quo anno hos in Genesim sermones Antiochiæ

habuerit Chrysostomus. Id unum sine dubio dicimus, magnam eorum partem in Quadragesima habitam fuisse: illamque Quadragesimam non esse anni 386, in qua octo ab his diversos sermones habuit; neque anni 387, quam pene totam in deploranda Antiochenorum obversas statuas calamitate absumpsit.

§ III. *De stylo Chrysostomi in his in Genesim Homiliis.*

Photius, cap. 172, de stylo Chrysostomi in his Homiliis loquens, ait ejus dictionem istiusmodi esse, ut in iis observetur consueta Chrysostomo claritas, puritas, splendor et copia dicendi, sententiarum frequentia, et aptissimarum similitudinum abundantia, sed eas remissiore et humiliore dicendi genere scriptas; tantumque Homiliis seu Commentariis in Acta stylo inferiores, quantum illa in Acta Commentaria inferiora sunt Commentariis in Epistolas Pauli, et in Psalterium. Ac revera hæc homiliæ, licet magnam uberlatem, itemque solitam Chrysostomi inventionis felicitatem præ se ferant, non tamen pari studio accuratiorum concinnatæ videntur. Hic sæpe animadvertas longissimas texti periodos, quæ parentheses alias super alias inductas tam frequenter exhibeant, ut principii oblitus orator sententiam imperfectam relinquat, et aliquando verbum ad syntaxim necessarium prætermittat. Neque vero id mirum tibi videatur, si perpendas periodos illas aliquando ita extendi, vix ut in pagina una absolvantur: in pagina, inquam, ex nostris quæ longæ latæque admodum sunt. Hinc inferas oratorem nostrum hæc concionantem non ita semper paratum meditatumque ad concionem venisse, sed multa ex tempore, ut menti sese offerebant, dixisse.

Si causam porro quæras, perpendas velim, ipsum in hac Quadragesima ad usque hebdomadis sanctæ dimidium non modo illas triginta duas priores in Genesim homilias habuisse, sed etiam alias identidem memoratas, quæ suadente quapiam temporis occasione Homiliarum in Genesim cursum interpellabant; et fortasse alias quoque habuisse ab se non commemoratas: ita ut quotidie ferme et quidem longissime concionatus sit. Id autem a viro, præsertim qui per totum annum par fere concionandi officium exsequeretur, non posse sine extemporali declamatione, saltem identidem repetita, præstari fateamur necesse est. In extemporali autem declamatione, ubi ingenium tanta pollens inventionem, nova semper oranti suppeditat, quid mirum si nonnunquam contra præceptiones grammaticas peccetur, et si minus stricte observetur syntaxis? Non ingratum vero lectori fore existimo, si illarum in Genesim homiliarum per Quadragesimam habitatum ordinem, et quanto elapso temporis spatio alia aliam sequuta sit, hic perscribam; id quod etiam Tillemontius fecit.

Prima igitur homilia dicta fuit Dominico die antequam quadragesimale jejunium iniretur: secunda die sequenti, quo jejunium incipiebatur; tertia et quarta in feriis tertia et quarta: hæc continenter singulis diebus dictæ sunt. Incertum vero est utrum inter quartam et quintam aliqua dies intercesserit aut concione vacua, aut ad aliud concionandi argumentum deputata; ut ut est, quinta, sexta, septima, octava et nona homiliæ continenter singulis sibi succedentibus diebus dictæ sunt, partim in prima, partim in secunda Quadragesimæ hebdomade; decima etiam in secunda hebdomade, aut feria quinta, aut sexta; undecima in Sabato secundæ hebdomadis. Duodecima habita est post aliam vel alias, quæ ad diversum a Genesi argumentum spectabant. Inter duodecimam quoque et decimam tertiam vel unum vel plures dies interfuerunt. Decima quarta habita est die decimam tertiam insequente; decima quinta similiter sequente die; decima sexta die item sequente; decima septima uno vel pluribus post decimam sextam diebus. Decimam septimam decima octava, nulla die interposita, sequuta est. Decima nona an continenter habita sit ignoratur, similiterque vigesima, quam diebus sequentibus, nullo interposito die, exceperunt vigesima prima, vigesima secunda, vigesima tertia, vigesima quarta, brevique interposito spatio, continuis diebus, vigesima quinta, vigesima sexta, vigesima septima, vigesima octava. Vigesima nona an post vigesimam octavam, nulla interposita die, habita sit, ignoratur. Trigesima, cum magnam hebdomadem attingisset, ut ipse Chrysostomus ait; trigesima prima, et trigesima secunda, iis hebdomadis sanctæ diebus qui feriam quintam in Cæna Domini præcedunt.

§ IV. *De editione LXX Interpretum qua usus est Chrysostomus, a communi aliquando diversa.*

Diversas ævo Chrysostomi fuisse Editiones LXX, atque in diversis Ecclesiis non easdem usurpari narrat Hieronymus, Chrysostomo æqualis. « Alexandria, inquit præfatione in libros Paralipomenon, et Ægyptus in LXX suis Hesychium laudat auctorem; Constantinopolis usque Antiochiam Luciani martyris exemplaria probat; mediæ inter has provinciæ Palæstinos Codices legunt, quos ab Origene elaboratos Eusebius et Pamphilus vulgaverunt: totusque orbis hac inter se contraria varietate compugnat. » Et in Epistola ad Augustinum, quæ est in postrema Editione 74, ironice loquens ait: « Vis amator esse verus LXX Interpretum? Non legas ea, quæ sub asteriscis sunt: imo rade de voluminibus, ut veterum te fautorem probes. Quod si feceris, omnium Ecclesiarum bibliothecas damnare cogeris. Vix enim unus aut alter invenitur liber, qui ista non habeat. » Ex his locis colligitur longe diversas inter se fuisse LXX Interpretum Editiones, illamque diversitatem peti debere ex variis Interpretum locis, nempe Aquilæ, Symmachi, Theodotionis et aliorum, quæ loca Origenes inseruerat in textum LXX, cum asteriscis id indicantibus. Quæ aliarum versionum particulæ in exemplaribus multis remanserunt, in aliis plures, in aliis pauciores. Præter

illam diversitatis causam aliæ haud dubie fuerunt, uti solet in libris toties descriptis, toties emendatis. Indeque est quod non raro videmus a scriptoribus Græcis, et nonnumquam a Patribus, in primis vero a librariis, qui exemplaria *septuaginta Interpretum* descripserunt, Editionem *septuaginta Interpretum* commemorari et cum textu suo comparari, qui tamen textus est etiam LXX, sed multis admixtis varietatibus. Id etiam apud Chrysostomum observetur, maxime vero Commentariis in Psalmos, ubi postquam sui exemplaris lectionem attulit, aliam nonnumquam affert quasi ex septuaginta Interpretibus; ita ut primo conspectu videatur exemplar quo utebatur Chrysostomus aliud esse, etsi exemplar illud non aliam quam Editionem *septuaginta Interpretum* haberet; sed ob supra memoratas causas in multis diversam ab ea quæ in Hexapla Editione ab Origene posita fuerat. De his si plura desideres, consule Præliminaria nostra in Hexapla Origenis.

Ut ad rem veniamus, exemplar Chrysostomi in Genesim in non paucis differt ab Editione *septuaginta Interpretum* vulgata, quæ omnium manibus circumfertur, quamque Editionem Romanam appellamus; etsi non tantam diversitatem hic animadvertamus, quantam Homiliis in Psalmos. Varietatum autem exempla quædam hic afferre libet: minuscula certe discrimina si afferremus, longissimam texeremus præfationem, atque supervacuum laborem nullo fructu susciperemus: nam discrimina illa leviora, ut pleraque ex Antiochena illa *septuaginta Interpretum* Editione manarunt; ita multa alia librariorum vitio a Chrysostomi tempore inducta; non pauca etiam ex oratore ipso vel memoriter loquente, vel Scripturæ seriem ad suam concinnante orta sunt. Satis ergo nobis erit ex præcipuis varietatibus nonnullas ad exemplum et specimen tantum afferre, Cap. 4 Gen.; v. 6, LXX habent, *Et contristatus est Cain valde, et concidit vultu suo*. Ubi Chrysostomus active: *Et tristitia affectit Cain valde; et concidit vultus ejus. Tristitia affectit*, supple, *Deus*, qui modo loquebatur. Alii autem Interpretes, *iratus est*, verterunt illud $\pi\eta\tau\epsilon$. Cap. 5, v. 2, hæc verba, *et benedixit eos*, quæ in LXX habentur, et ex Hebraico expressa sunt, in Chrysostomi exemplari non exstant; nec dici potest illa prætermissa fuisse vel a librariis vel a Chrysostomo orante: nam quater vel quinquies repetuntur, et Chrysostomus, qui hæc minutatim explicat, non prætermisurus erat illam benedictionem, si in exemplari suo adfuisset. Aliæ identidem occurrunt variæ lectiones, sed ut plurimum leves. Genus autem varietatis aliud non raro reperitur: Interpunctionis videlicet discrimen, quod tute, candide lector, inter legendum animad-

vertes. Sunt et alia in quibus Chrysostomus Scripturæ textum ad seriem suam concinnavit, ut mos est concionatoribus, ut verbi causa col. 366 locus hic, cap. 17, v. 12: *Puella octo dierum circumcidetur vobis, et vernaculus, et emptitius: et omnes in summa, ut ita dicam, qui apud vos sunt, hoc signum suscipient. Et quisquis non circumcidetur in die constituto, perdetur*. Hic certe multa mutavit Chrysostomus, atque Scripturæ seriem in brevioram formam redegit, neque putandum est sic in ejus exemplari scriptum fuisse.

Insignis est locus col. 522, ex capite 35, versu 16, ubi LXX habent, *Factum est autem, cum appropinquaret Chabratha qua itur in Ephratam*. Chrysostomus vero sic habet, *Quando appropinquavit ut intraret in Ephrata*, ommissa voce *Chabratha*, quæ viros doctos hactenus torsit. Ego vero non ausim dicere in exemplari S. Chrysostomi non fuisse; probabile quippe est illum eam, quod non intelligeretur, omisisse. Vide quæ de hac voce diximus in Hexaplis nostris. Cætera iis observanda relinquimus, qui varietates Biblicas ex professo tractant.

§ V. Quid sit centesima a Chrysostomo memorata.

Homilia 3 in Genesim col. 38, Chrysostomus de Christo loquens, ait: *Neque enim, quemadmodum hic, centesimam solum promittit, sed centuplo plura datis*. Centesima varie accipiebatur: erat quippe centesima auctionum videlicet rerum in auctione venditarum centesima pars, quæ ærario publico vel fisco cedebat: erat quoque centesima rerum venalium quæ exigebatur: itemque centesima genus tributi. Demumque centesima usuræ genus, $\epsilon\kappa\pi\omicron\tau\epsilon\tau\eta$ Græcis, qua qui in sœnus accipiebant, singulis mensibus centesimam partem solverent, ita ut centum mensibus sortem æquarent. Hoc vero postremum genus centesimæ, hic intelligit Chrysostomus, ut optime coniecit Savilius. Hic enim agitur de centesima quæ promittitur; id quod de hac solum, non vero de supradictis intelligi potest: $\epsilon\kappa\pi\omicron\tau\epsilon\tau\eta$ vero illa frequens apud Græcos erat. Hac de re vide Joh. Fredericum Gronovium De pecunia veteri lib. 3, cap. 13.

§ VI. De magna Hebdomade, de die $\nu\epsilon\pi\tau\alpha$, quæ est Dominica Paschæ, et de horis inæqualibus.

Quam nos sanctam et majorem hebdomadem vocamus, quæ est Quadragesimæ ultima, eam Antiocheni alique magnam hebdomadem vocabant: qua de re hunc insignem Chrysostomi, col. 273, locum asserimus: *Eodem modo et nos faciamus oportet, quia in magnam hanc hebdomadem Dei gratia pervenimus, nunc maxime jejunii cursus nobis intendendus, et ferventiores fundendæ preces, faciendaque diligens et pura peccatorum confessio, et in bonis operibus sedulitas exhibenda, elemosyna larga, æquitas, mansuetudo, aliæque virtutes, ut talibus ornati virtutibus, ubi in diem Dominicam venerimus, Domini liberalitate fruamur. Magnam autem vocamus hebdomadam, non quod longiores in ea sint horæ: sunt enim aliæ quæ multo majores horas habent; neque quod plures dies habeat: est enim idem numerus in hac aliisque omnibus. Quare ergo illam vocamus magnam? Quia in illa magna quædam et ineffabilia bona contigerunt nobis. Hic diem Dominicum vocat Chrysostomus diem sanctum Paschæ, quam vocabant etiam diem De-*

mini, et *magnam Dominicam*: secus quam putavit vetus Interpres, qui has voces græcas εἰς τὴν κυρίαν ἡμέραν, quæ interpretari debent, *in diem Dominicam*, vertit, *in die iudicii*. Nam præterquam quod vel hic ipse locus, et alius ubi hæc vox eodem usu reperitur, suadent hic de die Paschæ agi, hoc etiam pro nostra sententia militat quod in vita manuscripta S. Theodosii Cœnobiarchæ, eadem vox græca κυρία, ad designandum Pascha, usurpetur, ἑορτὴ ἧς καὶ ἑορτῶν ἢ πρώτη καὶ κυρία, αὐτὸ γράμμι τὸ πάσχα: et in Vita manuscripta S. Danielis Stylitæ: ἡμέρα μὲν ἧς κυρία τῶν ἡμερῶν, *dies erat domina dierum*, id est haud dubie Pascha.

Horas autem majores et minores necessario veteres admittebant, qui diem in duodecim et noctem in totidem partes seu horas diviserant: unde sequebatur eas hyberno tempore minores, æstivo autem majores esse; unde Martialis, lib. 12, Epigr. 1, horam æstivam sic commemorat,

Hora nec æstiva est, nec tibi tota perit.

Virgilius autem,

Jam nox hybernas bis quinque peregerat horas.

Unde pateat, quam incertus quamque instabilis esset clepsydram usus, cum eadem ipsa clepsydra vix ad paucos dies posset utcumque horæ spatium indicare. Sic intelligendus itaque est Chrysostomus cum ait, in hebdomada majore loquens, esse dies qui horas majores haberent, quam ii in quibus tunc concionabatur, quod id ipsum erat ac si dixisset, ineunte vere breviores esse diei horas, quam in æstate.

Circa sermones novem illos in Genesim. qui secundum sexaginta septem homilias in hoc Tomo locantur, satis diximus in Monito ante illos sermones posito, itemque in Monito quod nono sermone præmittitur.

§ VII. De tempore quo habiti sunt Sermones in Annam aliique hos præcedentes.

Usu et experientia compertum est ex diuturna tractatione sæpe aliquid notitiæ accedere, et quæ primo conspectu non percipiebantur, frequentius repetita perquisitione tandem explorata evadere. Id nobis accidit dum Sermones in Annam accuratius tractaremus: in illis enim temporis quædam notæ occurrunt, quæ non ad ipsorum modo, sed etiam ad aliorum quæ præcesserant ordinem constituendum opportunæ sunt. De iis quidem aliquantum disseruimus in Monito ad Sermones in Annam, et nonnulla quæ in secundi Tomi Præfatione cum Tillemontio secus posueramus, emendare conati sumus. Verum res est majoris momenti, quam ut paucis possit verbis declarari. Ad hæc vero tanta est Tillemontii, quem tunc sequuti sumus, apud nos auctoritas, ut nonnisi accuratissima præmissa rerum perquisitione ab eo debeamus et a nostra pariter pristina sententia discedere. Locus ille Chrysostomi unde verus et temporum et concionum ordo deprehenditur, est in Sermone primo de Anna, ubi paulo post initium ille sic loquitur: *Vos enim fortasse eorum estis obliti, eo quod multos interea sermones, et de aliis rebus, nos habuerimus. Nam reverso a longinqua peregrinatione patre nostro, necessarium fuit omnia commemorare, quæ in comitatu acciderant: ac deinde cum gentilibus disputare, ut hos vi calamitatis ad meliorem frugem revocatos, qui, deserto gentiliū errore, sese ad nos contulerant, pro virili confirmaremus, ac doceremus, quantis tenebris liberati, ad tantam lucem veritatis accurrissent. Post illa rursus multis diebus martyrum festivitate positi sumus, neque tempori conveniens fuisset eos qui in sepulcris martyrum versarentur, earum laudum quæ martyribus debentur, exsortes discedere. Successit his ad abstinentium a juramentis cohortatio. Cum enim totam rusticorum nationem in urbem ingressam cerneremus, hos illo instructos a nobis viatico censuimus dimittendos.*

Hæc omnia diligenter attendenda sunt: paucis enim Chrysostomus sat longam concionum seriem texit, atque ita loquitur, ut facile sit a vero tramite aberrare, nisi magna cautio adhibeatur. *Vos enim fortasse eorum estis obliti*, inquit, eorum scilicet quæ in Quadragesima concionatus erat: de illis enim agit in toto primæ in Annam concionis exordio; atque Quadragesimam ita proxime elapsam crederes, si ejus dicta ut primo conspectu intelligenda videntur exciperes, ut putares eum de hesterno die loqui, etsi longum effluxisset temporis intervallum, hebdomades nempe quinque a Paschate, ut mox videbitur. Pergit Chrysostomus: *Nam reverso a longinqua illa peregrinatione patre nostro, necessarium fuit omnia commemorare quæ in comitatu acciderant.* Hic certissime notat Homiliam XXI ad populum Antiochenum, Tom. 2, quæ est tota de reditu Flaviani, deque reconciliata Theodosii Imperatoris cum Antiochenis gratia. Hanc cum Tillemontio putamus dictam fuisse ipso die Resurrectionis Dominicæ anno 387. Illud enim initio Chrysostomus significat cum dicit, *Benedictus Deus, qui hanc vobiscum sacram solemnitatem cum gaudio et ætitia multa hodie celebrare dignatus est.* Pergit Chrysostomus: *Ac deinde cum gentilibus disputare [oportuit], ut hos vi calamitatis ad meliorem frugem revocatos, qui deserto gentiliū errore sese ad nos contulerant, pro virili confirmaremus, ac doceremus, quantis tenebris liberati, ad tantam lucem veritatis accurrissent.* Nempe diebus post Paschalem solemnitatem sequentibus, gentiles illos confirmare conatus est, qui ex calamitate Antiochenis, tam gentilibus quam Christianis, ob eversas statuas illata, ad meliorem frugem revocati, ad Christianam fidem accesserant; an autem una, an pluribus concionibus id egerit, incertum. Sed sive unam, sive plures, omnia amisimus. Verum hanc jacturam utcumque sarcit Chrysostomus qui ea quæ ad gentiles dixerat in hac homilia, nec brevi sermone repetit; subjungit postea Chrysostomus: *Post illa rursus multis diebus sanctorum festivitate positi sumus, neque ten-*

pori conveniens fuisset eos qui in sepulcris martyrum versarentur, earum laudum, quæ martyribus debentur, exsortes discedere. Successit his ad abstinendum a juramentis cohortatio. Cum enim totam rusticorum nationem in urbem ingressam cerneremus, hos illo instructos a nobis viatico censuimus dimittendos. Hæc vero confer, sodes, cum Homilia XIX ad populum Antiochenum, Tom. 2, cui homiliæ titulus est: *Dominica Servatæ, ad homines agros colentes, et de vitando juramento*; et hanc ipsam homiliam ad rusticos qui supra memorantur habitam fuisse fateberis; contra quam ego, Tillemontio adstipulatus, in Præfatione secundi Tomi statueram, ubi Dominicam Passionis eam esse quæ in titulo *Servatæ* vocatur, opinari me cum tanto viro testificatus sum. Non esse autem Dominicam Passionis, sed aliam multis post Pascha diebus occurrentem, jam certum indubitatumque videtur; atque adeo hæc homilia non est ultra inter quadragesimales conferenda. Omnia hic quadrant; homilia enim ad rusticos in primo sermone de Anna supra memorata post festa martyrum celebrata est, et contra juramenta erat: hæc quoque homilia XIX ad rusticos habita est, post festa martyrum, et contra juramenta. Quod autem Tillemontius duas fuisse homilias crediderit, hoc inde evenit, quod putaverit eos rusticos, qui in sermone de Anna memorantur, ex infima plebe fuisse, illos autem, qui in homilia XIX, fuisse episcopos, aut presbyteros ex longinqua regione venientes. Episcopos certe fuisse vix crediderim, presbyteros autem saltem quosdam eorum fuisse vix negari potest: illud enim prorsus indicare videntur hæc verba: *Horum quemque cerneret nunc quidem boves jugantem aratorios, aratrum trahentem et profundum scindentem sulcum; nunc autem sacrum ascendentem suggestum, et subditorum animas arantem; nunc quidem agri spinas excidentem falce; nunc vero sermone ex animis peccata extergentem.* Infra vero dicit: *Apud hos non sunt mulieres luxuriantes, nec vestimentorum ornatus, nec colores et fuci, sed omnis hujusmodi morum corruptio pulsa est: unde facilius quoque subditum sibi populum in modestiam deducunt.*

His certe perpensis, horum saltem partem maximam presbyteros fuisse fatendum est; nam episcopos fuisse tunc colonos et rusticos vix crediderim. Verum etsi presbyteri fuerint, etsi etiam episcopi, hi tamen omnino rustici erant, arantes, armenta curantes, sarculo terram sarrientes, aliaque vilissima agri ministeria exercentes, vili veste utentes; iique magno numero, ut per totum homiliæ decimæ nonæ initium videre est. Hi autem quinam alii sunt, quam ii de quibus sermone in Annam dicit, *Cum enim totam illam rusticorum vel agriculturalum gentem in urbem ingressam cerneremus?*

Jam hinc certe manifestum mihi quidem est, eandem utrobique homiliam memorari, quæ ad agricolas habita sit, quæ anno 387, quæ post diurnam plurimorum martyrum celebritatem, quæ de juramentis, quæ item multis post Pascha diebus dicta fuerit: nam hoc quoque necessario adjiendum, ut mox videbitur.

Verum est quod fortasse objiciatur: in homilia quippe decima nona ait Chrysostomus, sedum martyrum festi dies celebrarentur ægrum decubuisse; at in homilia prima in Annam nulla morbi mentio, imo videtur Chrysostomus tunc temporis vel de martyribus conciones habuisse, vel saltem habere potuisse, unde inferatur illum tunc non ægritudine laborasse; utque difficultatis ratio plenior evadat, utriusque homiliæ verba referenda sunt. In Homilia itaque ad Antiochenos decima nona sic orditur: *Epulis sanctorum martyrum excepti estis his præteritis diebus, spirituali celebritate repleti exsultastis honestis exsultationibus; vidistis aperta latera, et ilia concisa, cruorem undique defluentem, infinitas tormentorum species; humanam vidistis naturam supernaturalia præstantem, et coronas sanguine contextas; pulchram saltastis choream, in omnem partem civitatis hoc præclaro duce vos circumagente. Sed nos vel invitos infirmitas domi manere cogebat. Tamen etsi solemnitati non interfuimus, voluptatem participavimus; etsi de concione fructum non cepimus, vobiscum tamen lætitiæ communiorem habuimus... propterea et domi sedens gaudebam vobiscum, et morbo nondum solutus surrexi, et cucurri ad vos, ut desiderabiles facies vestras intuerer;* deinde vero de agriculturalum adventu, in quorum gratiam hanc concionem contra juramenta habuit, multis edisserit; Homilia autem prima in Annam hæc habet: *Postea rursum multis diebus sanctorum festivitatem potiti sumus, neque temporis conveniens fuisset eos, qui in sepulcris martyrum versarentur, earum laudum, quæ martyribus debentur, exsortes discedere. Successit his ad abstinendum a juramentis cohortatio. Cum enim totam rusticorum turbam in urbem ingressam cerneremus, hos illo a nobis instructos viatico censuimus dimittendos.* Hic sane primo conspectu videtur de duplici festivitatum martyrum serie agi, quorum priori non adfuit Chrysostomus, quod ægritudine laboraret; in posteriori vero vel adfuit, et concionatus est, vel, etiamsi non concionatus sit, non morbus certe in causa fuit, cur non concionaretur; alioquin morbi excusationem attulisset, et hanc rationem dedisset, cur materiam concionis quam paraverat ad tantum tempus distulisset.

Verum si quis Chrysostomi morem probe teneat, non mirabitur eum hic morbum non tangere et eam causam silere, tum quia rem admodum recentem, ac nemini non notam ne cogitabat quidem commemorare; tum quia in præcedenti concione quæ ad rusticos seu agricolas erat, quæque priorem de Anna præcessit, morbum suum commemoraverat, neque id in hac concione repetere voluit. Certe ille non nos, qui tot sæculorum curriculo post illam concionem vivimus, alloquitur, ut minutatim omnia ignorantibus aperiat, sed Antiochenos, qui nuperrime hæc gesta viderant, nec ampliori notitia opus habebant. Alioquin vero hæc festa martyrum, quæ in diversis urbis partibus celebrabantur, impedimento semper fuissent, quo minus de hac materia, quam in prima de Anna oratione se paravisse dicit.

concionaretur ; non enim poterat, etiamsi bona valetudine fuisset, in festis martyrum in diversis Antiochiæ partibus celebrari solitis, aliud quam martyrum ipsorum argumentum tractare : ex duobus ergo impedimentis morbum hic relinquit, martyrumque memoriam in medium adduxit.

At cur in his diutius moramur? quando aliunde certum est concionem illam decimam nonam non potuisse Dominica Passionis haberi, ut ego pridem cum Tillemontio existimaveram : nam si illo die habita fuisset, festa illa martyrum, quæ longa serie per omnem partem civitatis celebrabantur, incidissent illo anno in hebdomadam vel in hebdomades Dominicam Passionis præcedentes : in hac quippe concione illa ut jam omnino clapsa commemorat. Illa ergo martyrum festa in media Quadragesima celebrata fuissent, hoc præclaro duce, scilicet Flaviano episcopo, Antiochenos tunc ducente. Atqui certissimum est tunc Flavianum episcopum Constantinopoli fuisse, nec rediisse nisi uno duobusve ante Pascha ejusdem anni diebus : qui ergo potuit Antiochenos ad festa martyrum per diversas urbis partes tunc celebrata circumducere? Quod si quis contra verisimilitudinem omnem negaverit hunc præclarum lucem fuisse Flavianum episcopum, is certe non negabit tunc temporis, cum scilicet festa martyrum per urbem celebrarentur, Joannem Chrysostomum ægrum domi mansisse : illud enim ipse dicit in concionis exordio. At quomodo potuit in media illa Quadragesima æger domi manere, qui per totam Quadragesimam Antiochenos, dira ob eversas Imperatorum statuas patientes, et graviora expectantes consolabatur, ac continuis concionibus rem eandem tractabat, ita ut etiam una ex postremis concionibus, ut ibidem fertur, decem ante Pascha diebus dicta fuerit?

His omnibus perpensis, certum indubitatumque videtur homiliam illam quæ decima nona ad Antiochenos fertur, post Pascha anni 387 habitam fuisse. Illam præcessere Martyrum festivitates, quibus peractis, ad rusticos sive agricolas, qui in urbem advenerant, hanc concionem de juramentis habuit. Similiterque in homilia prima de Anna post peractas multas martyrum festivitates ad rusticos concionem de juramentis habuit. Quis non videat eandem ad rusticos de juramentis habitam homiliam utrobique commemorari? Quis nos ultra ferret, si his omnibus sic accurate examinatis eandem rerum seriem in Quadragesima, eandem quoque post Pascha constitueremus, martyrum festos dies multos continuos, adventum rusticorum, et concionem de juramentis ad illos habitam? Annon illa earumdem rerum repetitio tam proxime facta quid absonum et a verisimilitudine alienum præ se fert? Ille itaque ordo tenendus est qui in homilia prima de Anna enuntiatur, ut agmen ducat homilia de reditu Flaviani, quæ in die sancto Paschæ habita fuit; deinde sequatur concio, sive conciones, si quidem plures habitæ fuerint, ad gentiles qui, vi calamitatis Antiochenæ ad meliorem reducti frugem, Christianæ fidei nomen dederant; sub hæc festa Martyrum multis diebus, in omnem civitatis partem celebrata sunt, domi manente ægritudinis causa Chrysostomo; demum die Dominica *Servatæ* dicta fuit homilia illa ad rusticos de juramentis, quæ inter homilias quadragesimales jacet et decima nona numeratur: quæque loco movenda esse suadet ex supradictis.

Jam quærendum restat quænam sit illa Dominica *Servatæ*, quæ in titulo decimæ nonæ ad Antiochenos homiliæ memoratur: ex illa enim perquisitione fortasse novum argumentum ad eandem quæ superius probanda emerget. Dixeram in Præfatione ad Tomum secundum, et quidem post Tillemontium, videri mihi Dominicam illam *Servatæ*, esse Dominicam Passionis, quæ quindecim ante Pascha diebus celebratur. Id quod nulla alia permotus ratione dixi, quam quia hæc homilia inter quadragesimales semper locum habuit, tam in Manuscriptis, quam in Editis; et cum in Dominica habita fuisse testificetur vetus inscriptio, nullam aliam putabam Dominicam ad hanc concionem quadrare posse, quam Dominicam Passionis: et eadem de causa puto Tillemontium in eadem ipsa Dominica dictam eam fuisse existimasse. Savilius autem illam Dominicam esse eam, quam in Albis vocant, significavit: ac licet non tam longe a vero aberraret quam ego aberravi, ex præjudicata id tantum opinione dixisse putandus est. Leo Allatius vero *De Dominicis et hebdomadibus Græcorum*, p. 1460, hæc habet: « Ascensio quoque Domini apud Cappadoces, *Episozomene*, dicebatur. » Erat adnotatum in manuscripto Codice Gregorii Nysseni: « Vernaculo Cappadocum usu *Episozomene* dicitur Ascensio D. N. J. C. » Legiturque inter Andriantas, sive *Statuas*, Chrysostomi homilia, *Dominica Episozomenes* (a). Latinis hæc Dominica est quinta post Pascha. » Hactenus Leo Allatius, qui in quæstionem, quam agimus, nullo modo ingressus, non potuit ex præjudicata opinione loqui. Si in hac autem Dominica habitam ad rusticos de juramentis concionem ponamus, et illam Dominicam *Servatæ*, ut fert ipse titulus, esse Dominicam quintam post Pascha statuamus, omnia quadrabunt. Post habitam enim in die Paschæ homiliam de reditu Flaviani, Chrysostomus concionem unam vel plures habuerit ad gentiles, hinc in morbum incidere, domique æger manserit, dum multis diebus, et in omnem civitatis partem festis martyrum celebrarentur; demumque instaurata utcumque valetudine, nondumque solutis morbi reliquiis, hæc ad rusticos seu agricolas concionem habuerit, Dominica quinta post Pascha, quæ Ascensionem præcedit, posteaque Sermones in Annam continenter dixerit illo ordine, quo diximus in *Monito* ad eosdem.

(a) *Episozomene*, genitivo *Episozomenes*, est vox Græca ἐπισοζομένη, quæ Latine, *servata*, interpretatur.

§ VIII. De Mesopentecoste quæ vox perperam irrepserat in Sermonem quintum de Anna.

In concione quinta de Anna ait paulo post initium Chrysostomus, *Quamvis enim Pentecoste præterit, festum tamen non præterit*. Ita habent Fronto Ducæus et Savilius, ita Mss. omnes habent. Verum col. sequenti, quæ nunc est 670, lin. 40, Ducæus et Savilius sic ediderant: *Quemadmodum enim in Mesopentecoste intempestivum fuisset, ommissa beneficiorum per id tempus in nos collatorum commemoratione, inceptum antea contextum continuare: ita nunc exacta Mesopentecoste, opportune historiam prosequemur, pristinum de Anna argumentum tractaturi*. Qui locus mirum quantum v. cl. Tillemontium torsit; et jure quidem: nam cur, postquam initio Pentecosten ut jam præteritam commemoraverat, id de eadem solemnitate loquens exactam Mesopentecosten vocet, ac si idem essent *Pentecoste et Mesopentecoste*? Igitur Mss. omnium auctoritate fulti, duorum videlicet Regiorum et unius Colbertini, quos solos habuimus conferendos, *Mesopentecosten in Pentecosten* mutavimus. Mesopentecoste autem hebdomas erat, quæ incipiebat feria quarta Paschæ, et desinebat feria quarta hebdomadis sequentis, quæ erat vigilia Ascensionis. Celebrabatur autem in honorem magnarum duarum festivitatum, Paschatis scilicet et Pentecostes, ideoque in medio ambarum posita, utrasque quasi colligabat, inquit Synaxarium. Qua de re plura vide apud Leonem Allatum de Dominicis et hebdomadibus Græcorum p. 1459.

Circa Homilias de Davide et Saule satis sunt ea, quæ in Monito ipsis præmisso paucis diximus.



ΤΟΥ ἘΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ
ΙΩΑΝΝΟΥ
 ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ
 ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

ΔΟΓΜΟΣ ΠΑΡΑΙΝΗΤΙΚΟΣ ΕΙΣ ΤΗΝ ΕΙΣΟΔΟΝ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΤΕΣΣΑΡΑΚΟΣΤΗΣ.

ΟΜΙΛΙΑ Α'.

Α. Χαίρω, καὶ εὐφραίνομαι ὁρῶν σήμερον τὴν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν τῷ πλήθει τῶν οἰκείων τέκνων κοσμουμένην, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς περιουσίας ἀπαντὰς ὑμᾶς συνδραμηκότας. Ὅταν γὰρ ἀποβλέψω πρὸς τὰ φαίδρα ὑμῶν πρόσωπα, τεκμήριον μέγιστον ποιῶμαι τῆς κατὰ ψυχὴν ὑμῶν ἡδονῆς· καθάπερ καὶ σοφὸς τις ἔλεγε· *Καρδίας εὐφραίνομένης θάλλει πρόσωπον*. Διὰ τοι τοῦτο καὶ αὐτὸς μετὰ πλεονος τῆς προθυμίας ἀνέστην σήμερον, ὁμοῦ καὶ τῆς εὐφροσύνης ὑμῖν κοινωνήσαν· ταύτης τῆς πνευματικῆς, καὶ μηνυτῆς ὑμῖν γενέσθαι βουλόμενος τῆς παρουσίας τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς, τοῦ φαρμάκου λέγω τῶν ἡμετέρων ψυχῶν. Καθάπερ γὰρ πατὴρ φίλοστοργος ὁ κοινὸς ἀπάντων ἡμῶν δεσπότης, βουλόμενος ἡμᾶς ἀπονίφασθαι τὸ ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ^β ἡμῖν ἡμαρτημένα, καὶ διὰ τῆς ἁγίας νηστείας ἐπενόησεν ἡμῖν θεραπείαν. Μηδεὶς τοίνυν γινέσθω κατηφῆς, μηδεὶς στυγνὸς φαινέσθω, ἀλλὰ σικριτάτω, καὶ χαιρέτω, καὶ δοξαζέτω τὸν κηδεμόνα τῶν ἡμετέρων ψυχῶν, τὸν ταύτην ἡμῖν τὴν ἀρίστην τεμόντα ὁδὸν, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς περιχαρείας ὀ υποδεχέσθω ταύτης τὴν παρουσίαν. [2] Αἰσχυνέσθωσαν Ἕλληνας, ἐγκαλυπτέσθωσαν Ἰουδαίους, ὁρῶντες ἡμῶν τὴν ἀγάπην ἰλαρᾶ τῇ προθυμίᾳ τὴν ταύτης παρουσίαν ἀσπασζομένους, καὶ μανθανέσθωσαν διὰ τῆς τῶν πραγμάτων πείρας, ὅσον τὸ μέσον ἡμῶν τε καὶ αὐτῶν. Καὶ ἐκείνοι μὲν ἑορτάς καὶ πανηγύρεις ὀνομαζέσθωσαν τὴν μέθην, καὶ τὴν ἄλλαν ἄπαντα ἀκολασίαν, καὶ τὰς ἀσχημοσύνας, ἃς εἰκὸς ἐντεῦθεν αὐτοὺς ἐπισύρεσθαι· ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία ἀπανταντίας ἐκείνοις τὴν νηστείαν, τὴν τῆς γαστρὸς ὑπεροψίαν, καὶ τὴν ἐπομένην ταύτην πᾶσαν ἀρετὴν ἑορτὴν ὀνομαζέτω. Αὐτὴ γὰρ ἀληθὴς ἑορτὴ, ἐνθα ψυχῶν σωτηρία^δ, ἐνθα εἰρήνη καὶ ὁμόνοια, ἐνθα βιωτικὴ πᾶσα φαντασία ἀπελθάται· ὅπου κραυγὴ καὶ θόρυβος, καὶ μαγειρῶν δρόμοι, καὶ τῶν ἀλόγων σφαγαὶ ἐκιοδῶν· ἡμερία δὲ πᾶσα, καὶ γαλήνη, καὶ ἀγάπη, καὶ χρᾶ, καὶ εἰρήνη, καὶ πραΰτης, καὶ μυρία^ε ἀγαθὰ ἀντ' ἐκείνους πολιτεύεται.

Φέρε οὖν, παρακαλῶ, μικρὰ περὶ ταύτης διαλεχθῶμεν πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, ἐκείνου πρότερον παρακαλέσαντες ὑμᾶς, μετὰ πολλῆς ἡσυχίας δέξασθαι τοὺς ἡμετέρους λόγους, ἵνα καρπωσάμενοι τι γενναῖον, ἐντεῦθεν οἰκαδε ἀναχωρήσητε. Οὐδὲ γὰρ ἀπλῶς καὶ εἰκὴ ἐνταῦθα σύμμεν^ς, ἵνα ὁ μὲν εἴπῃ, ὁ δὲ κροτήσῃ ἀπλῶς τὰ λεγόμενα, καὶ οὕτως ἐντεῦθεν ἐξέλθωμεν· ἀλλ' ἵνα καὶ ἡμεῖς χρησιμὸν τι καὶ τῶν συνεχόντων τὴν σωτηρίαν

^α Quatuor mss. ὑμῶν κοινωνήσαν.
^β Colb unus ἐν παντὶ χρόνῳ. Infra quatuor mss. μηδὲ στυγνός Savilius notat plures libros habere μηδεὶς φαινέσθω στυγνός.
^γ Reg. unus τῆς προθυμίας.
^δ Quatuor mss. γὰρ ἀληθὴς ἑορτὴ, ἐνθα ψυχῶν σωτηρία, bene omissis articulis, qui in prius editis habentur sic, ἡ ἀληθὴς ἑορτὴ, ἐνθα τῶν ψυχῶν. Cuiuslibet u^o 61 bis, ἐνθα γὰρ ἡ ἀληθὴς ἑορτὴ ἐνθα ψυχῶν.
^ε Reg. unus et Coisl. in. et aliquot alii mss. καὶ τὰ μυρία.
^ς Edit. Morel. συννέμεν, male. Multi mss. σύννέμεν. Savil. et unus codex συννέμεν.
^ζ Coisl. in. et tres alii ἡμετέρων, et sic Savil.
^η Reg. quidam et Coisl. οὐδὲν ὀνήνησιν, et sic Sav. in marg.; interpres legit ὀνήσαι, et sic habetur in Morel. et aliquot mss.
^θ Reg. et Coisl. ὡς οὐδὲν ἐστὶ πλέον.

τὴν ὑμετέραν εὐφραζώμεθα, καὶ ὑμεῖς κερδάναντες τῶν λεγομένων, καὶ πολλὴν τὴν ὠφέλειαν καρπωσάμενοι, οὕτως ἐντεῦθεν ἐξέλθητε. Ἰατρῆον γὰρ ἐστὶ πνευματικὸν ἡ ἐκκλησία, καὶ δεῖ τοὺς ἐνταῦθα παραγενένους κατὰλληλα τὰ φάρμακα λαμβάνοντας, καὶ τὸ οἰκείους τραύμασιν ἐπιτιθέοντας, οὕτως ἐπανίεμαι. Ὁ γὰρ ἡ ἀκροάσις μόνη ἄνευ τῆς διὰ τῶν ἔργων ἐπιδείξει οὐδὲν ὀνήσει^η, ἄκουε τοῦ μακαρίου Παύλου λέγοντος· *Οὐ γὰρ οἱ ἀκροατοὶ τοῦ νόμου δίκαιοι παρὰ τῷ Θεῷ ἀλλ' οἱ ποιηταὶ τοῦ νόμου δικαιοθήσονται*. Καὶ Χριστὸς δὲ δημηγορῶν ἔλεγεν· *Οὐ πᾶς ὁ λέγων με Κύριε, Κύριε, εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· ἀλλ' ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ Πατρὸς μου τὸν ἐν οὐρανοῖς*. Εἰδότες τοίνυν, ἀγαπητοί, ὡς οὐδὲ ἡμῖν ἔσται πλέον ἐκ τῆς ἀκροάσεως, εἰ μὴ ἔποιτο καὶ ἡ διὰ τῶν ἔργων πᾶτρωσι, μὴ μόνον ἀκροατὰ γίνεσθαι, ἀλλὰ καὶ ποιητὰ, ἵνα τὰ ἔργα τοῖς λόγοις ἐπιμενα πολλῆς ἡμῖν παρῆρησίας ὑπόθεσις γένηται. Ἀπλῆσαντες τοίνυν τοὺς κόλπους τῆς διανοίας, οὕτω δέξασθαι τοὺς περὶ τῆς νηστείας λόγους. Καὶ καθάπερ οἱ σεφροῦς τινα καὶ κοσμίαν ἐλευθέραν ἰ μέλλοντες ἀγαθῶν, πάντοθεν παραπετάσασαι καλλωπίσαντες τὴν παστῆδα, καὶ ἐκκαθάραντες τὴν οἰκίαν ἅπασαν, καὶ πάσαις ταῖς ἡμελημέναις θεραπεύσασαι ἄβαν ποιήσασαι, οὕτω ταύτην^κ εἰς τὰς παστῆδας εἰσάγουσι· τὴν αὐτὴν δὲ τρόπον καὶ ὑμᾶς βούλομαι, ἐκκαθάραντες ὑμῶν τὸν λογισμὸν, καὶ τῆς τρυφῆς καὶ [3] τῆς λοιπῆς ἀσχημοσύνης^λ πολλὰ χαιρεῖν εἰπόντας, οὕτω τὴν μητέραν τῶν ἀγαθῶν ἀπάντων, καὶ τῆς σωφροσύνης, καὶ τῆς ἄλλης ἀπάσης ἀρετῆς διδάσκαλον, τὴν νηστείαν λέγει ἡ πλωμένος τοῖς κόλποις ὑποδέξασθαι, ἵνα καὶ ὑμεῖς πλεονος ἀπολαύσητε τῆς ἡδονῆς, καὶ αὕτη τὴν οἰκίαν καὶ καταλλήλων^μ ὑμῖν ἰατρῆαν παράσχηται. Εἰ γὰρ τῶν ἰατρῶν παῖδες, ἐπειδὴν μέλλωσι φάρμακα διδοῦν τοῖς βουλομένοις τὸν σεσηπότα καὶ διεσθαρμένον χυμὸν ἐκκαθάραι, κελεύουσι τῆς σωματικῆς ταύτης τροφῆς ἀπέχεσθαι^ν, ὥστε μὴ κώλυμα γενέσθαι τῇ τοῦ φαρμάκου δυνάμει, ἀλλ' ἐνεργῆσαι, καὶ τὸ οἰκεῖον ἔργον ἐπιδείξασθαι· πολλῶν ἄλλων ἡμᾶς προσήκει τὸ πνευματικὸν τοῦτο φάρμακον μέλλοντας ὑποδέχεσθαι τὴν ἐκ τῆς νηστείας ὠφέλειαν, λέγω δὴ τὸ τῆς διαίτης^ο, ἐκκαθάραι ἡμῶν τὸν λογισμὸν, καὶ κουφοτέραν ἐργάσασθαι τὴν διανοίαν, ἵνα μὴ ὑπὸ τῆς μέθης καταδαπνιθεῖσιν ἀχρηστὰ καὶ ἀνόνητον ἡμῖν κατασευάσῃ τὴν ἐκ ταύτης ὠφέλειαν β'. Καὶ οἶδα μὲν ἔτι τοὺς πολλοὺς ξενίζει τὰ παρ' ἡμῖν λεγόμενα σήμερον· ἀλλὰ, παρακαλῶ, μὴ τῇ συνθη

^ι Reg. unus καὶ κοσμίαν καὶ ἐλευθέραν. In ed. καὶ ante ἐλευθραν deest. Infra Coisl. περιπετάσασαι. Mox παστῆδας. Vox ar Chrysost. non infrequens. Sav. : Eustath. p 593, 11 : ἡ γὰρ καὶ παστῆς, » *cubiculum nuptiale sive thalamus*.
^κ Coisl. in. οὕτω τοῖνον ταύτην.
^λ Tres mss. καὶ τῆς πολλῆς ἀσχημοσύνης. Coisl. in. καὶ τῆς ἀσχημοσύνης. Infra Coisl. in. καὶ τῆς λοιπῆς ἀπάσης ἀρετῆς.
^μ Coisl. in. καὶ αὐτὴν τὴν οἰκίαν καταλλήλων.
^ν Sic Reg. unus, Coisl. in. et Savil. in margine. At Savil. in textu et Morel. ἀποχεσθαι. Unus ἀνασχεσθαι.
^ο Morel. ὑποδέχεσθαι τὴν ἐκ τῆς νηστείας ὠφέλειαν, λέγω τὸ τῆς διαίτης. Savil. et aliquot mss. ὑποδέχεσθαι τὴν τῆς νηστείας ὠφέλειαν λέγω λιτότητι διαίτης ἐκκαθάραι. Coisl. in. δεχέσθαι. Reg. unus ὑποδέχεσθαι, caetera ut Savil.

SANCTI PATRIS NOSTRI
JOANNIS CHRYSOSTOMI
OPERA OMNIA.

SERMO ADMONITORIUS SUB INITIUM SANCTÆ QUADRAGESIMÆ.

HOMILIA PRIMA.

1. Gaudeo et lætor videns hodie ecclesiam Dei filiorum suorum multitudine ornari, vosque omnes multa cum jucunditate concurrisse. Nam cum alacres vultus vestros intueor, voluptatis, quæ in animabus vestris est, conjecturam capio maximam: quemadmodum et sapiens quispiam dicebat, *Corde latante vires facies* (*Prov. 15. 13*). Eapropter et ipse hodie ingenti alacritate surrexi, una vobiscum lætitia illius spiritualis particeps futurus, et volens adventus sanctæ Quadragesimæ, remedii, inquam, animarum nostrarum, vobis annuntiator esse. Communis enim nostrum omnium Dominus, veluti pater filios amans, cupiens ea quæ unquam peccaverimus abluere, hanc nobis per sanctum jejunium curationem adinvenit. Nullus igitur mœstus, nullus tristis appareat, sed omnes exsultent et gaudeant, ac gloriam referant in animarum nostrarum curatorem, qui hanc optatam nobis aperuit viam, et illius adventum magna cum alacritate accipiant. Confundantur gentiles, pudore se abdant Judæi, videntes nostram caritatem hilari studio illius adventum salutantem ac excipientem, discantque per experientiam, quantum inter nos sit et ipsos intervallum. Et illi quidem ferias et festas nominent ebrietatem, omnemque aliam intemperantiam, ac turpitudines, quas verisimile est eos inde contrahere: at Ecclesia Dei ea quæ illis adversa sunt, nempe jejunium, ventris despectum, et omnes alias virtutes illius comites, ferias appellet. Hæ enim veræ ferie sunt, ubi animarum salus, ubi pax et concordia est, ubi omnis hujus vitæ apparatus abigitur; ubi clamor, et tumultus, et coquorum discursus, et pecudum inactiones e medio tolluntur: quies vero omnis, et tranquillitas, et caritas, et gaudium, et pax, et mansuetudo, et innumera bona pro illis in usu sunt.

ἀπὸ τῆς πολλῆς περιουσίας ἐξαίφνης εἰς ἐσθῆτην πεινᾶν ἑαυτοὺς καταστήσαντες. Φέρε δὴ σημεῖον προσηνεστέρω χρησώμεθα τῷ φαρμάκῳ, καὶ καθάπερ μέλη ἡμέτερα, οὕτως αὐτῶν τὰ τῆς ψυχῆς τραυματα ἐπιδήσωμεν· ἐπεὶ καὶ χθὲς αὐστηρότερα τὰ φάρμακα ἐπεθεκαμεν, οὐχ ἵνα ἀπλῶς λυπησώμεν, καὶ τὴν ἀλγηδὸν ἐπιτείνωμεν, ἀλλ' ἵνα τῇ σφοδρότητι καθικέσθαι δυνηθῶμεν τοῦ ἔλκου. Καὶ γὰρ καὶ ἱατροὶ καὶ πατέρες οὕτω ποιεῖν εἰώθασιν· οἱ μὲν δραστικώτερα πρότερον ἐπιτιθέασι, καὶ ἐπειδὴν ῥῆξι τὸ ἔλκος, τότε τὰ καταγλυκαίνειν δυνάμενα φάρμακα προσάγουσι· καὶ πατέρες δὲ ὅταν ἴδωσι τοὺς παῖδας τοὺς ἑαυτῶν ἀτακτοῦντας, πρότερον ἐπιπλήξουσι σφοδροτέραις κέρχηται, μετὰ δὲ ταῦτα νοθεύουσι καὶ παρακλήσουσι. Τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἡμεῖς, εἰ καὶ χθὲς σφοδρότερον ἐχρησάμεθα τῷ λόγῳ, ἀλλὰ σημεῖον προσηνεστέραν ποιησώμεθα τὴν διάλεξιν, καὶ καθάπερ μέλη ἡμέτερα θεραπεύσωμεν. Ὡσπερ γὰρ ἡ προκοπὴ ἢ ὑμετέρα ἡμῶν πλείονα τὴν παρῆσιν προξενεῖ, καὶ [49] τοῦτο ἡμῶν ἐστὶν ὁ πλοῦτος ὁ πνευματικὸς, τὸ ὄρᾶν ὅμως ἐν τῶν πνευματικῶς ἐπιδιδόντας, καὶ ἐν ἀρετῇ διαλάμποντας, καὶ τῶν βλάπτειν δυναμένων ἀπεχομένους· οὕτως ἐπειδὴν ἴδωμεν ὅμως ὑποσκελιζομένους, οὕτως ὑπαγομένους ταῖς ἀπάταις ταῖς διαβολικαῖς^δ, κατηφείας πληρούμεθα, καὶ αἰσχύνῃ τε, ὡς εἰπέτε, κατασκευάζεται τῆς ἡμέτερας ψυχῆς. Κατὰ γὰρ τὸν μακάριον Παῦλον, Τύτε ἡμεῖς ζῶμεν, ἐὰν ὅμως στήκητε ἐν Κυρίῳ. Ὡς οὖν τέλειοι καὶ πεπληρωμένοι συνέσεις, οὕτω τῶν μὲν ὄπισθεν ἐπιλανθάνεσθε, τοῖς δὲ ἔμπροσθεν ἐπεκτείνεσθε, καὶ τὰς συνθήκας, ἃς πρὸς τὸν Χριστὸν ἔθεσθε, ἀνακαλεσάμενοι, βεβαίως ταύτας εἰς τὸ ἐξῆς διαφυλάττετε, καὶ λογισμῷ σῶφρονι πᾶσαν εἰσοδὸν ταῖς τοῦ διαβόλου μηχαναῖς ἀποκλείσαντες, τῇ μετὰ ταῦτα σπουδῇ τῆ ἀπὸ τῆς βῆθυμίας προστρεβίσειαν ὑμῖν κηρίδα ἀπονίψασθε, περιγενόμενοι τῆς ἀκαίρου συνηθείας καὶ ἐπιβλαβοῦς, καὶ λογισάμενοι, ὡς οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶ τί δεινὸν, ὅτι ἑαυτοῖς πολλὴν τὴν βλάβην προστρεβόντα οἱ αὐτόθι παραγενόμενοι, ἀλλ' ὅτι καὶ πολλοὶς ἕτεροις σκανδάλου ὑπόθεσις γίνονται. Ὅταν γὰρ ἴδωσιν Ἕλληνας καὶ Ἰουδαίους τὸν ἐφ' ἐκάστης ἡμέρας εἰς τὴν ἐκκλησίαν διημερεύοντα, καὶ συνεχῶς ἀπολαύοντα διδασκαλίας, ἀθρόον ἐκεῖ φαινόμενον, καὶ μετ' αὐτῶν συμφυρόμενον, πῶς οὐ νομίσουσιν ἀπάτην εἶναι τὰ ἡμέτερα, καὶ περὶ πάντων τῶν παρ' ἡμῶν τὴν αὐτὴν ὑπόληψιν ἔξουσιν; Ἡ οὐκ ἀκούεις τοῦ μακαρίου Παύλου παρανοῦντος, λαμπρᾶ τῇ φωνῇ, καὶ συμβουλευόντος, Ἀπόκοποι γίνεσθε; Εἶτα ἵνα μὴ νομίση περὶ τῶν οικείων μόνον τὴν παραγγελίαν παρ' αὐτοῦ γίνεσθαι, καὶ τῷ μεθ' ἡμῶν τεταγμένων, προσέθηκεν, Καὶ Ἰουδαίους καὶ Ἕλληνας, καὶ τότε ἐπήγαγε, Καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ το Θεοῦ. Οὐδὲν γὰρ οὕτω λυμάνεται καὶ βλάπτει τὴν θρησκείαν τὴν ἡμετέραν, ὡς καὶ τοῖς ὀπίστοις λαθὴν τιν παρέχουν. Ὅταν οὖν ἴδωσι τινὰς ἐν ἀρετῇ διαλάμποντα παρ' ἡμῶν, καὶ πολλὴν τῶν βιωτικῶν ὑπεροφίαν ποιημένους, οἱ μὲν αὐτῶν καὶ ἀποπνίγονται, οἱ δὲ πολλὰ καὶ εἰς θαῦμα ἔρχονται ἐκπληττόμενοι, ὅτι τῆς αὐτῆς αὐτοῖς φύσεως ὄντες οὐ τὰ αὐτὰ αὐτοῖς μετίσταν. Ἀμίλει ἐπειδὴν θεσωνταί τινα μικρὰν βῆθυμίαν ἵ προσηνομένην, εὐθέως τὴν γλῶτταν ἀκονοῦσι κατὰ πάντη ὄμου, καὶ ἀπὸ τῆς τοῦ ἐνὸς βῆθυμίας κατὰ παντὸς τῶν Χριστιανῶν ἔθους τὰ αὐτὰ ψηφίζονται. Καὶ οὐ μὲχρι τοῦτου ἴστανται, ἀλλ' εὐθέως κατὰ τῆς ἑαυτοῦ κεφαλῆς φεγγόμενοι, διὰ τὴν τῶν δούλων βῆθυμία

^ε Reg. unus et Caislin. ποιησώμεθα, et θεραπεύσωμεν.

^δ Coislin. ἀπάταις τοῦ διαβόλου. Ibid. Reg. unus et Sav in margine κατασκευάζεται τῆς ἡμετέρας ψυχῆς. Alit et Sav in textu κατασκευάζεται τῆς ἡμετέρας ψυχῆς.

^ε Reg. unus Coislin. et Savil. βλάπτει τὴν θρησκείαν τῆς ἡμετέρας, ὡς τὸ τοῦ. Morel. βλάπτει τὴν θρησκείαν τὴν ἡμετέραν ὡς καὶ τοῖς. Alit βλάπτει καὶ λυμάνεται τὴν θρησκείαν τῆς ἡμετέρας.

^ζ Coislin. προθυμίαν.

^α Morel. πρὸ τῆς τούτου.

^β Morel. εὐκόλως εἰς τὴν τῶν ἔργων πρᾶξιν.

qui eas produxit, neque Paulo credere dicenti: *Invisibilia illius ex creatione mundi per ea quæ facta sunt intellecta pervidentur (Rom. 1. 20)*: Quid dicis, homo? Cum videris cælum, admiraris ejus formositatem, astrorum varietatem, claritatis eminentiam? Ne ibi subsistas, sed ad Opificem ipsum tuam extende mentem: in stuporem te rursus conjicit lux solis, et admiraris ejus multiplicem usum: et quia vides radios illustrantes oculos tuos, admiraris elementum pulchritudinem? Sed neque hic subsistas; imo hoc cogita, si creatura tam admirabilis est, et supra omnium opinionem et intellectum, quantus est qui ipsam solo verbo et præcepto produxit? Id ipsum et de terra tecum considera: quando videris eam floribus ornari, sicut vestimentum multis coloribus distinctum, varia herbarum segete undique tegi: ne virtuti terre adscribas ea quæ ex ipsa nascuntur, neque solis vel lunæ cooperationi; sed probe cogita Deum ante illorum creationem dixisse duntaxat, *Producat terra herbarum fœni*, et mox omnem terræ faciem ornatam fuisse. Si hæc singulis diebus nobiscum versemus, ipsi grati erimus, et Domino ut decet, imo ut nostræ viresferunt, gloriam dabimus. Gloriam autem ipsi tribuemus, non per hoc solum, sed et per optimam vitam, si non in eadem peccata recidamus, sed longum vale dicentes diabolicis illusionibus, diligenti posthac attentione, multoque studio, et continua confessione supernam benevolentiam nobis conciliemus. Sufficit enim illi ob magnam suam misericordiam, ut desistamus a peccatis. Si enim hoc statuerimus, facile et ad honorum operum actionem impellemur. Ne quis, obsecro, posthac in circensibus ludis appareat, ne quis in conventiculis intempestivis diei partem dilapidet; ne quis talorum ludo, et clamori qui inde oritur ac reliquæ perniciæ posthac se admisceat. Quæ enim utilitas jejunii, dic, obsecro, si toto die nihil comedis, ludis autem tessaris, et nugaris, sæpe etiam pejeras et blasphemias, et ita totum insumis diem? Ne, obsecro, ne ita negligentes simus in nostra ipsorum salute; quin potius sermo noster sit de spiritualibus, et librum divinum accipiat aliquis in manibus, cor vocatisque proximis, per divina eloquia riget et suam et præsentium mentem: ut sic diabolicas insidias effugere valeamus, magnos percipere jejunii fructus, et frui benignitate Dei, gratia et miserationibus unigeniti Filii ejus, cum quo Patri et Spiritui sancto sit gloria, imperiam, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA VII.

Et dixit Deus: *Educant aquæ reptilia animarum viventium, et volatilia volantia super terram secundum firmitamentum cæli, et factum est sic (Gen. 1. 20). Et fecit Deus cete magna, et omnem animam animalium reptilium, quæ prodixerunt aquæ secundum genera sua (Ibid. 21).*

1. Dicta in præcedenti Homilia mitigat; avocet a ludis Circensibus. — Heri eos qui ad equestris ludi spectaculum abierant, satis perstrinximus, demonstrata eis jecturæ quam fecerunt magnitudine: nemo quod

spiritualem thesaurum ex jejuniis collectum simul effuderint, et ex magna abundantia in extremam inopiam subito seipsos conjecerint. Age, leniore hodie utamur remedio, et illorum spiritualia vulnera, quasi membra nostra essent, obligemus: quia et heri asperiora medicamina imposuimus, non ut quoquo modo mœstitiâ inferremus, ac dolorem auferemus, sed ut vehementia illa ulcus ipsum attingere possemus. Etenim medici, et patres sic facere consueverunt: medici enim primum apponunt cataplasmata magis efficacia, et dein rupto ulcere leniora admovent: patres quoque cum viderint filios suos incompositis moribus, prius graviter verberibus corripiunt, et dein admonent et hortantur. Hoc modo et nos, quamvis heri vehementiori sermone usi fuerimus, hodie tamen blandius vobis loquimur¹, et sicut nostra membra curabimus. Nam ut profectus vester majorem loquendi fiduciam nobis conciliat, et spiritualis noster thesaurus est, si vos cernamus in spiritualibus incrementa capere, et virtutibus esse conspicuos, atque ab iis quæ nocere valent, vobis cavere: sic quando videmus vos supplantari, et diabolicis illusionibus seduci et subijci, mœstitiâ implemur, et pudor quidam, ut sic dicam, animam nostram occupat. Nam secundum beatum Paulum, *Tunc nos vivimus, si vos statis in Domino (1. Thess. 3. 8)*.

Igitur ut perfecti, et repleti intellectu, sic eorum quæ retro sunt obliviscamini, ut ad ea quæ ante vos sunt enitiamini: et sædera quæ cum Christo iniistis, renovata, stabilia et inviolata posthac custodite: ac prudenter intercluso diabolicis machinationibus aditu, subsequente studio inscriptam vobis desidiam maculam abstergite, devicta intempestiva illa et perniciosa consuetudine: et cogitate, non hoc solum grave esse, quod qui illo confluunt, magnum sibi damnum asciscant, sed et quod multis aliis offendiculo sint. Quippe gentiles et Judæi videntes eos qui quotidie in ecclesia versantur, et frequenti doctrina imbuuntur, simul ibi comparere, et sibi commisceri, quomodo res nostras pro deceptionibus non habebunt, et non idem de omnibus nobis suspicabuntur? Annon audis beatum Paulum admonentem, et consulentem clara voce: *Absque offendiculo estote (1. Cor. 10. 32)*? Deinde, ne putes de nostris tantum admonere, deque iis qui in eodem ordine positi sunt, subdidit: *Et Judæis, et gentibus*; et tandem adjecit: *Et Ecclesiæ Dei*. Nihil enim ita obest et nocet religioni nostræ, ut offendiculi ansam præbere infidelibus. Nam quando vident aliquos e nostris virtute conspicuos, hujus vitæ negotia et curas e sublimi contemnere, ex iis alii quasi præfocantur, alii admirantur et obstupescunt, quod cum ejusdem atque illi naturæ sint, non eadem tamen ipsi aggrediantur. Verum quando vel aliquantum desidiam et negligentiam vident, statim linguam exacuunt simul contra nos omnes, et ex unius delicto totam Christianorum gentem astimant. Neque hic gradum sistunt, sed statim adversus caput suum

¹ Reg. unus et Cæcilin., loquitur, pro, loquimur; cæretia, pro, curabimus.

loquentes, ob servorum desidiā etiam communem Dominum blasphemare audent, et putant velamenta errorum suorum esse aliorum inertiam.

2. Quod autem hoc maxime periculosum sit iis qui blasphemiae occasionem præbent, audiamus prophetam clamantem, et ex persona Dei dicentem: *Væ vobis, quia propter vos nomen meum blasphematur in gentibus (Isai. 52. 5)*. Terribile hoc verbum est, et horrore plenum. *Væ* enim illud est quasi deplorantis eos, qui supplicium illud inevitabile subituri sunt. Porro sicut eos qui per suam negligentiam causam illis præbent blasphemandi ingens pœna manet ac condemnatio: ita e diverso virtutum studiosis mille coronarum materia paratur. Istud ipsum docens Christus, dicebat: *Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum qui in cælis est (Math. 5. 16)*. Nam quemadmodum illi aliquorum inertia offensi, linguam acuunt contra Dominum nostrum: sic, inquit, si virtutem exercueritis, qui viderint vos homines, non vos tantum laudabunt, sed cum conspexerint opera vestra lucentia, et facies vestras illustrantia, ad gloria afficiendum Patrem vestrum qui in cælis est, prorumpent; cumque hoc ab illis fiet, rursus nostra præmia augebuntur, et multa nobis bona concedet Deus, eo quod ab illis laudetur. *Eos enim qui me glorificant, ait, glorificabo (1. Reg. 2. 30)*. Nihil igitur non ægamus, dilecti, ut glorificetur Dominus noster, et nulli sinus offendiculi occasio. Id quod perpetuo nos docet magister orbis beatus Paulus, dum sic ait: *Si cibus offendit fratrem meum, nunquam in æternum carnem comedam (1. Cor. 8. 13)*. Et iterum in alio loco inquit: *Sic autem peccantes in fratres, et percutientes infirmam eorum conscientiam, in Christum peccatis (Ib. v. 12)*. Minæ illæ vehementes sunt, et magnam secum condemnationem afferunt. Ne opineris, inquit, damnatum hoc ad illum qui offenderit solum pertinere; transit etiam ad Christum ipsum, qui propter illum crucifixus est. Igitur si Dominus tuus propter illum crucifigi non recusavit; non tu omnia feres ne quam scandalosi occasionem illi præbeas? Hoc ubique invenies illum discipulis consilium dare: hoc enim est quod vitam nostram conservat. Propterea et alibi scribens dicebat, *Ne quæ vestra sunt considerate singuli, sed quæ aliorum (Philip. 2. 4)*; et iterum alio loco: *Omnia mihi licent, sed non omnia ædificant (1. Cor. 10. 23)*. Vides apostolicam sapientiam? Etiamsi liceat, inquit, mihi aliquid facere, nihilque hinc mihi damni accedat: sed quia hoc non juvat ad proximi ædificationem, nequaquam hoc facere sustinuerim. Vides animam nos amantem, quomodo nusquam quod suum est quærit, sed omnibus modis ostendit, virtutem longe maximam illam esse, magnam curam gerere ut proximus ædificetur? Hæc, obsecro, omnia scientes observemus, caveamusque ab iis quæ spiritualem virtutum nostrarum thesaurum pessumdare possunt: et nihil unquam faciamus, quo damnatum quodlibet proximo inforatur. Ille enim et peccatum auget, et gravius nobis adducit supplicium. Neque vel vulgarem

aliquam contempnamus, frigida hæc verba dicente: *Quid mea refert, si offendatur ille tatis? Quid dicis, quæso te? Quid tua refert? Sic tuam fulgere vitam præcepit Christus, ut non solum videntibus te sis admirationi, sed ut Dominus tuus glorificetur (Math. 5. 16)*: tu vero omnino contrarium agis, et pro gloria Dei blasphemias introduci curas, et hoc contempnis? Hœcine fuerit animæ piæ, legesque divinas recte scientis?

3. Cæterum si quis prius hæc ex mala consuetudine dicere solitus fuerit, suscepta nunc admonitione nostra, desistat, oro, ab illicitis hujusmodi sermonibus, et sic omnia facere studeat, ut neque ab oculo illo qui nunquam sopitur vel œcuvit, neque a conscientia sua condemnatur, neque eos, qui se vident, in blasphemias adversus Dominum inducat. Quod si tanta adhibita cautione dispensemus ea quæ nostra sunt, multa fruamur Domini clementia, et diaboli insidias effugiemus. Cum viderit enim nos ita sobrios et vigiles, et cogitaverit se operam perdere, abscedet et occultabitur. Sed sat fuerit prosemiorum: age caritati vestræ propositis iis quæ lecta sunt, spirituale convivium apparemus: et hodie videamus, quid beatus Moses, imo Spiritus sanctus per ejus linguam docere nos velit. Quid itaque ait? *20. Et dixit Deus: Educant aquæ reptilia animarum viventium, et volutilia volantia super terram secundum firmamentum cæli. Et factum est ita. Vile benignitatem Domini, quomodo ordine quodam et consequentia omne opificium suum nos doceat. Prius docuit nos, quomodo ad fructuum proventus suo mandato terram excitaverit: postea, ubi docuit duorum luminarium formationem, apposuit et stellarum varietatem, per quas cæli pulchritudo facta est clarior: hodie continenter ad aquas transit, et ostendit nobis, sermone et præcepto suo ex aquis ipsis viventia animalia prodiisse. Educant enim, ait, aquæ reptilia animarum viventium, et volutilia volantia super terram secundum firmamentum cæli. Quis sermo, quæso, miraculi dignitatem potest assequi? quæ lingua ad Opificis præconia sufficet? Dixit tantum, *Germinet terra*: et statim illam ad partum excitavit: nunc dicit: *Educant aquæ*. Vide quam consonant præcepta: illic, *Germinet*; hic, *Educant aquæ*, inquit, *reptilia animarum viventium*. Nam sicut de terra dixit solum, *Germinet*: et varia mox ac multiplex florum, herbarum, et seminum apparatus copia, unoque verbo producta sunt omnia: sic et hic dixit: *Educant aquæ reptilia animarum viventium, et volutilia volantia super terram secundum firmamentum cæli*: et continuo tot reptilium volatiliūque genera condita sunt, quot neque sermone recenseri possunt. Et verbum quidem breve est, verbumque unum, genera autem animalium diversa et varia. Sed nullo stupore tenearis, dilecte: verbum enim erat Dei, et sermo ipsius iis quæ fiebant subsistentiam largitus est. Vides quomodo omnia ex nihilo ut essent producta sunt? vides quam diligenter doceat? vides quanta se attemperatone ad nostri generis humilitatem Dominus demittat? Unde enim nos hæc tam accurate discere potuissemus, nisi ipse magna et ineffabili benignitate sua*

καὶ τὸν κοινὸν Δεσπότην βλασφημεῖν τολμῶσι, καὶ νομί-
ζουσι τῆς οἰκείας πλάνης παραπέτασμα αὐτοῖς γίνεσθαι
τὴν ἐτέρων βῆθυμίαν.

β. Ὅτι δὲ μέγιστον φέρει τοῦτη κίνδυνον τοῖς ἀφορμῆν
αὐτοῖς τῆς βλασφημίας παρέχουσιν, ἀκούσῃμεν τοῦ προ-
φήτου βοῶντος, καὶ λέγοντος ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ, *Ὁυαὶ
ὕμῖν, ὅτι δι' ὑμᾶς τὸ ὄνομα μου βλασφημεῖται ἐν τοῖς
ἔθνεσι.* Φοδερὸν τὸ ῥῆμα καὶ φρίκης γέμον. Τὸ γὰρ *Ὁυαὶ*
τοῦτο ὡσανεὶ θρηνοῦντός [50] ἐστὶ τοὺς μέλλοντας ὑπὸ
τὴν ἀπαράτητον ἐκείνην κόλασιν γίνεσθαι. Ὁπερ οὖν τοῖς
διὰ τῆς οἰκείας ἀμελείας αἰτίαν ἐκείνοις παρέχουσι τῆς
βλασφημίας τσαυτὴ καίται τιμωρία, οὕτω πάλιν τοῖς τῆς
ἀρετῆς ἐπιμελουμένοις μυρίων στεφάνων ὑπόθεσις γίνε-
ται. Τὸ αὐτὸ τοῦτο διδάσκων ὁ Χριστὸς ἔλεγε· *Λαμψάτω
τὸ φῶς ὁμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσι
τὰ καλὰ ἔργα ὁμῶν, καὶ δοξάσωσι τὸν Πατέρα
ὁμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς.* Ὅν γὰρ τρόπον ἐκείνοι
διὰ τὴν τιῶν βῆθυμίαν σκανδαλιζόμενοι τὴν γλῶτταν
ἀκονοῦσι κατὰ τοῦ Δεσπότη τοῦ ἡμετέρου· οὕτω, φη-
σιν, ἐπειδὴν τὴν ἀρετὴν μετήτε, ὄρωντες ὑμᾶς οἱ ἀν-
θρώποι, οὐ μέχρι τῆς ὑμετέρας εὐφημίας ἴστανται,
ἀλλ' ὅταν ἴδωσιν ὁμῶν τὰ ἔργα^a λάμποντα καὶ καταυ-
γάζοντα ὁμῶν τὰς ἡφεις, εἰς δοξολογίαν κινούνται τοῦ
Πατρὸς ὁμῶν τοῦ ἐν οὐρανοῖς· τούτου δὲ ὑπ' ἐκείνων
γινόμενου, πάλιν ἡμῖν τὰ τῆς ἀμοιῆς πολυπλασιάζεται,
καὶ ὑπὲρ τῆς ἐκείνων εὐφημίας τὰ μυρία ἡμῖν ἀγαθὰ
χαρίζεται ὁ Δεσπότης· *Τοὺς δοξάζοντάς με γὰρ, φησὶ,
δοξάσω.* Πάντα τοῖνον ποιῶμεν, ἀγαπητοί, ὥστε δοξά-
ζεσθαι τὸν ἡμέτερον Δεσπότην, καὶ μηδὲν σκανδάλου
αἰτίαν παρέχωμεν. Τοῦτο γὰρ διηλεκτικῶς ἡμᾶς διδάσκει
ὁ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλος ὁ μακάριος Παῦλος, ποτὲ
μὲν λέγων· *Εἰ βρώμα σκανδαλίζει τὸν ἀδελφόν μου,
οὐ μὴ φάγω κρέα εἰς τὸν αἰῶνα,* καὶ πάλιν ἐν ἐτέρῳ
φησὶν· *Ὁθεὸς δὲ ἀμαρτάνοντες εἰς τοὺς ἀδελφοὺς,
καὶ τύπειντες αὐτῶν τὴν συνείδησιν ἀσθενοῦσαν,
εἰς Χριστὸν ἀμαρτάνετε.* Σφοδρὰ ἡ ἀπειλὴ καὶ μεγά-
λην ἔχουσα τὴν κατάκρισιν. Μὴ γὰρ νομίσης, φησὶν,
εἰς ἐκείνον μόνον περιστήσεσθαι τὴν βλάβην· εἰς αὐτὸν
διαβαλεῖ τὸν Χριστὸν τὸν δι' ἐκείνον σταυρωθέντα. Εἰ
τοῖνον ὁ Δεσπότης σου σταυρωθήναι δι' αὐτὸν οὐ παρ-
ητήσατο, σὺ οὐκ ἀνέχη πάντα ποιῆσαι, ὥστε μηδεμίαν
αὐτῷ σκανδάλου ἀφορμὴν παρέχειν; Καὶ πανταχοῦ
εὐρήσεις αὐτὸν ταῦτα συμβουλευόντα τοῖς μαθητευομέ-
νοις· τοῦτο γὰρ ἐστίν, ὃ συνέχει τὴν ζωὴν τὴν ἡμετέ-
ραν. Διὰ τοῦτο καὶ ἀλλαχοῦ γράφων ἔλεγε· *Μὴ τὰ ἑαυ-
τῶν ἕκαστος σκοπεῖτε, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐτέρων ἕκα-
στος· καὶ πάλιν ἐτέρῳ· Πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ'
οὐ πάντα οἰκοδομεῖ.* Εἶδες σύνεσις ἀποστολικήν; Εἰ
καὶ ἔξεστί μοι, φησὶ, τί διαπράξασθαι, καὶ μηδὲν μοι
τοῦτο λυμáινεται, ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ ἐπεσθαι τὴν τοῦ πη-
σίον οἰκοδομήν, οὐκ ἂν ἀνασχοίμην αὐτὸ πρᾶξαι. Εἶδες
ψυχὴν φιλόστοργον, καὶ πῶς οὐδαμοῦ τὸ ἑαυτοῦ σκοπεῖ,
ἀλλὰ διὰ πάντων δείκνυσσι μέγιστην ἀρετὴν ταύτην οὐ-
σαν, τὸ τῆς τῶν πλησίον οἰκοδομῆς πολλὴν ποιῆσθαι
τὴν πρόνοιαν; Ταῦτα δὴ πάντα γινώσκοντες φυλακτώ-
μεθα, παρακαλῶ, καὶ ἀπεχώμεθα τῶν λυμáινεσθαι τὸν
πλοῦτον τῆς ἡμετέρας ἀρετῆς δυναμένων, καὶ μηδέποτε
εἰ πράττωμεν, ὃ τῷ πλησίον παρέχει τινὰ βλάβην. Τοῦτο
γὰρ καὶ τὸ ἀμάρτημα ἐπιτείνει, καὶ τὴν κόλασιν ἡμῖν
σφοδροτέραν προξενεῖ. Καὶ μηδὲ τοῦ τυχόντος καταφρο-
νώμεν, μηδὲ λέγωμεν τὰ ψυχρὰ ἐκείνα ῥήματα, τί δὲ
μοι μέλει, ἐὰν ὁ δεῖνα σκανδαλιζῆται; Τί λέγεις, εἰπέ

μοι; [51] Τί σοι μέλει; Προσέταξεν ὁ Χριστὸς οὕτω σου
λάμπειν τὸν βίον, ὡς μὴ μόνον σε θαυμάζεσθαι ὑπὸ τῶν
ὄρώντων, ἀλλὰ καὶ τὸν Δεσπότην τὸν σὸν δοξολογεῖσθαι,
καὶ σὺ τὸ ἐναντίον ἐργαζόμενος, καὶ παρασκευάζων
ἀντὶ δοξολογίας βλασφημίας εἰς αὐτὸν γίνεσθαι, οὐδένα
λόγον ποιῆ; Καὶ ποῦ τοῦτο ψυχῆς εὐλαβοῦς, καὶ τοὺς
Θεοῦ νόμους ἀκριδῶς ἐπισταμένης;

γ. Ἄλλ' εἰ καὶ πρότερον ταῦτά τις ὑπὸ τῆς συνηθείας
ἐλκόμενος ἀδιαφόρως ἐφθέγγετο, νῦν, παρακαλῶ, δε-
ξιόμενος ἡμῶν τὴν νοουθεσίαν, παυέσθω τῶν ἀκαίρων
τούτων λόγων, καὶ οὕτως ἅπαντα πράττειν σπουδαζέτω,
ὡς μήτε ὑπὸ τοῦ ἀκοιμήτου ἐκείνου ὀφθαλμοῦ κατα-
κρίνεσθαι, μήτε ὑπὸ τὸν συνειδότος καταγινώσκεσθαι,
μήτε ὑπὸ τῶν εἰς αὐτὸν ὄρώντων βλασφημίας κινεῖσθαι
κατὰ τοῦ Δεσπότη. Ἐὰν γὰρ μετὰ τσαυτῆς φυλακῆς
τὰ καθ' ἑαυτοὺς οἰκονομῶμεν, πολλῆς ἀπολαυσόμεθα
καὶ τῆς παρὰ τοῦ Δεσπότη φιλανθρωπίας, καὶ διαφευ-
ξόμεθα τοῦ διαβόλου τὰς μηχανάς. Ὅταν γὰρ ἴδῃ ἡμᾶς
οὕτω νήφοντας καὶ ἐργηγοράτας, ἐννοῶν ὡς ἀνοήτους
ἐπιχειρήσει^b, καλυψάμενος ἀποστήσεται. Ἄλλὰ τῶν
μὲν προοιμίων ἕλις· φέρε δὴ λοιπὸν τὰ ἀναγνώσθεντα
προθέντες ἐπὶ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης, τὴν πνευματικὴν
ὕμιν παραθῶμεν ἐστίασιν, καὶ ἴδωμεν μαθόντες τὶ καὶ
σήμερον^c ὁ μακάριος Μωϋσῆς, μάλλον δὲ τὸ Πνεῦμα
τὸ ἅγιον διὰ τῆς τούτου γλῶττης ἡμᾶς διδάξει βολέτα.
Τί οὖν φησι; Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· *Ἐξαγαγέτω τὰ ὕδατα
ἐρπετὰ ψυχῶν ζωῶν, καὶ πετεινὰ πετόμενα ἐπὶ τῆς
γῆς κατὰ τὸ στερέωμα τοῦ οὐρανοῦ. Καὶ ἐγένετο
οὕτως.* Ὅρα φιλανθρωπίαν Δεσπότη, πῶς τάξει τιλὴ
καὶ ἀκολουθίαν πᾶσαν τὴν δημιουργίαν ἡμᾶς διδάσκει.
Πρότερον ἐδίδαξεν ἡμᾶς πῶς τὴν γῆν εἰς τὴν τῶν καρ-
πῶν γένεσιν τῷ αὐτοῦ ἐπιτάγματι διήγειρεν· εἶτα τὴν
δημιουργίαν τῶν δύο φωστῆρων διδάξας; προσέθηκεν
καὶ τὴν τῶν ἀστέρων ποικιλίαν, δι' ὃν τοῦ οὐρανοῦ
φαιδρότερον τὸ κάλλος ἐργάσατο· σήμερον λοιπὸν μετα-
βαίνει ἐπὶ τὰ ὕδατα, καὶ δείκνυσιν ἡμῖν, τῷ λόγῳ αὐτοῦ
καὶ τῷ ἐπιτάγματι· ζῶα ἐμψυχα ἐξ αὐτῶν ἀναδιδόμενα.
*Ἐξαγαγέτω γὰρ, φησὶ, τὰ ὕδατα ἐρπετὰ ψυχῶν
ζωῶν, καὶ πετεινὰ πετόμενα ἐπὶ τῆς γῆς κατὰ τὸ
στερέωμα τοῦ οὐρανοῦ.* Ποῖος λόγος, εἰπέ μοι, ἐπιφέ-
σθαι δυνήσεται τοῦ θαύματος; ποῖα ἀρκέσει γλῶττα
πρὸς εὐφημίαν τοῦ δημιουργοῦ; Εἶπε μόνον, *Βλαστη-
σάτω ἡ γῆ, καὶ εὐθέως πρὸς τὰς ὕδνας αὐτὴν διήγειρε·
νῦν λέγει, Ἐξαγαγέτω τὰ ὕδατα.* Ὅρα πῶς ἀλλήγη
αὐτοῦ τὰ προστάγματα· ἐκεῖ, *Βλαστησάτω, ἐναυθα, Ἐξ-
αγαγέτω τὰ ὕδατα, φησὶ, ἐρπετὰ ψυχῶν ζωῶν.* Καθά-
περ γὰρ ἐπὶ τῆς γῆς εἶπε μόνον, *Βλαστησάτω, καὶ διάφορος
καὶ ποικιλία τῶν ἀνθῶν ἡ ποικιλία, καὶ τῶν βοτάνων, καὶ
τῶν σπερμάτων ἐδόθη^d, καὶ ἐνὶ λόγῳ τὰ πάντα παρήχθη·
οὕτω καὶ ἐναυθα εἶπεν, Ἐξαγαγέτω τὰ ὕδατα ἐρπετὰ
ψυχῶν ζωῶν, καὶ πετεινὰ πετόμενα ἐπὶ τῆς γῆς κατὰ
τὸ στερέωμα τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἄρθρον τσαυτὰ γένη
ἐρπετῶν, τσαυτὴ διαφορὰ πετεινῶν ἐδημιουργεῖτο,
ὅσην οὐδὲ τῷ λόγῳ ἀπαριθμῆσασθαι δυνατόν. Καὶ τὸ
μὲν ῥῆμα βραχὺ, καὶ ῥῆμα ἐν, τὰ δὲ γένη τῶν ζῶων
διάφορα καὶ ποικίλα. Ἄλλὰ μὴ [52] ξενισθῆς, ἀγαπητέ·
ῥῆμα γὰρ^e ἦν Θεοῦ, καὶ ὁ λόγος αὐτοῦ τὴν σύστασιν
τοῖς γινόμενοις ἐχαρίσατο. Ὅρᾳ πῶς ἅπαντα ἐκ τοῦ
μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι· παράγει; εἶδες διδασκαλίαν ἀκρι-
βείαν; εἶδες συγκατάβασιν Δεσπότη, ὅσην ἐπιδείκνυται
περὶ τὸ ἐγὼς τὸ ἡμέτερον; Πῶθεν γὰρ ταῦτα ἡμεῖς οὕτω
μετὰ ἀκριβείας μαθεῖν ἂν ἠδυνήθημεν, εἰ μὴ αὐτῶ; διὰ
πολλὴν καὶ ἄφρονον φιλανθρωπίαν κατηξίωσε διὰ τῆς*

^b Savil. ἀγνώτους ἂν ἐπιχ.

^c Reg. unus et Coislin. ἐστίασιν, μαθόντες τί καὶ σήμερον. Savil ἐστίασιν, καὶ ἴδωμεν τί καὶ σήμερον.

^d Colb. unus et Savil. ἀνεδόθη. alli ἐδόθη.

^e ἀγαπητέ. ῥῆμα γὰρ ἐν... ἀγαπητέ, εἰ ῥῆμα εἶπον βραχὺ, ῥῆμα γὰρ. Paulu post Reg. unus et Coislin. ἐχαρίζετα.

^a Morel. τὰ καλὰ ἔργα. In aliis καλὰ deest.

τοῦ προφήτου γλώττης διδάξει τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν, ἵνα εἰδέναι ἔχωμεν καὶ τῶν δημιουργηθέντων τὴν τάξιν, καὶ τοῦ δημιουργήσαντος τὴν δύναμιν, καὶ ὅπως ὁ λόγος αὐτοῦ ἔργον ἐγένετο, καὶ τὸ ῥῆμα αὐτοῦ τὴν σύστασιν καὶ τὴν εἰς τὸ εἶναι παράδοτον αὐτοῖς ἐχαρίσατο;

δ'. Ἄλλ' εἰσὶ τινες τῶν ἀγνωμόνων, οἳ καὶ μετὰ τοσαύτην διδασκαλίαν ἀπίστειν ἐπιχειροῦντες, καὶ μὴ συγχωροῦντες μῆτε δημιουργὸν ἔχειν τὰ ὁρώμενα, ἄλλοι μὲν αὐτόματα αὐτὰ φάσκοντες εἶναι, ἕτεροι δὲ ἐξ ὑποκειμένης τινὸς ὕλης γεγενῆσθαι. Σκόπει τοῦ διαβόλου πόση ἡ ἀπάτη, πῶς ἀπεχρήσατο τῆ εὐκολίᾳ τῆς γνώμης τῶν τῆ πλάνῃ δουλοῦντων. Διὰ τοῦτο ὁ μακάριος Μωϋσῆς μετὰ τοσαύτης ἡμᾶς ἀκριβείας διδάσκει ὑπὸ τοῦ θείου Πνεύματος ἐνηχοῦμενος, ἵνα μὴ τὰ αὐτὰ τούτοις πάθωμεν, ἀλλ' εἰδέναι ἔχωμεν σαφῶς, καὶ τὴν ἀκολουθίαν τῶν δημιουργηθέντων, καὶ ὅπως ἕκαστον ἐδημιουργήθη. Εἰ γὰρ μὴ τῆς ἡμετέρας κηδόμενος σωτηρίας ὁ Θεὸς οὕτως ὠδήγησε τοῦ προφήτου τὴν γλώτταν, ἵσχυαι εἰπεῖν, ὅτι ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ τὰ ζῶα, καὶ μῆτε τάξιν θείναι ἡμερῶν, μῆτε τί μὲν πρῶτον, τί δὲ ὕστερον γεγένηται. Ἄλλ' ἵνα μηδεμίαν τοῖς ἀγνωμοῦσιν βουλομένοις καταλείπηται ἀπολογία; πρόφασιν, οὕτω διαίρει σαφῶς καὶ τὴν τῶν γινομένων τάξιν, καὶ τῶν ἡμερῶν τὸν ἀριθμὸν, καὶ πάντα μετὰ πολλῆς τῆς συγκαταβάσεως ἡμᾶς διδάσκει, ἵνα μαθόντες τὴν ἀλήθειαν ἅπασαν, μηκέτι τῆ πλάνῃ τῶν ἐξ οικείων λογισμῶν ἅπαντα φεγγομένων προσέχωμεν. Ἄλλ' εἰδέναι ἔχωμεν τοῦ δημιουργοῦ τοῦ ἡμετέρου τὴν ἄφατον δύναμιν. Καὶ ἐγένετο, φησὶν, οὕτως. Εἶπεν, Ἐξαγαγέτω τὰ ὕδατα ἔρπετὰ ψυχῶν ζωῶν, καὶ πετεινὰ πετόμενα ἐπὶ τῆς γῆς κατὰ τὸ στερέωμα τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ὑπῆκουσε τὸ στοιχεῖον, καὶ ἐπλήρωσε τὸ ἐπιταχθῆναι. Καὶ ἐγένετο, φησὶν, οὕτως, ὡς ἐκέλευσεν ὁ Δεσπότης· καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὰ κῆτη τὰ μεγάλα, καὶ πᾶσαν ψυχὴν ζῶων ἔρπετῶν, ἃ ἐξήγαγε τὰ ὕδατα κατὰ γῆν αὐτῶν, καὶ πᾶν πετεινὸν περωτῶν κατὰ γένος. Καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς, καὶ πλῆθύνθη αὐτὰ ὁ Θεός, λέγων· Αὐξάνεσθε, καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὰ ὕδατα τὰ ἐν ταῖς θαλάσσαις, καὶ τὰ πετεινὰ πληθυνέσθωσαν ἐπὶ τῆς γῆς. Θέα μοι πάλιν ἐνταῦθα, πόση τοῦ Πνεύματος ἡ σοφία. Εἰπὼν γὰρ ὁ μακάριος Μωϋσῆς, ὅτι Ἐγένετο οὕτως, διδάσκει ἡμᾶς κατὰ μέρος ἐπάγων καὶ λέγων, Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὰ κῆτη τὰ μεγάλα, καὶ πᾶσαν ψυχὴν ζῶων ἔρπετῶν, ἃ ἐξήγαγε τὰ ὕδατα κατὰ γῆν αὐτῶν, καὶ πᾶν πετεινὸν περωτῶν κατὰ γένος· [53] Καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς, ὅτι καλὰ. Ἐνταῦθα τῶν ἀπερισκεπτικῶς ἅπαντα φεγγομένων πάλιν ἀναίρει τὴν τόλμαν. Ἴνα γὰρ μὴ τις ἐξη λέγειν, καὶ τίνος ἕνεκα τὰ κῆτη γέγονε; ποίαν ἡμῖν χρεῖαν συντέλει; τί τὸ ὄφελος ἐκ τῆς τούτων δημιουργίας; διὰ τοῦτο εἰπὼν, Ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὰ κῆτη τὰ μεγάλα, καὶ πᾶσαν ψυχὴν ζῶων ἔρπετῶν, καὶ τὰ πετεινὰ, εὐθέως ἐπήγαγε, Καὶ εἶδεν ὁ Θεός, ὅτι καλὰ. Μὴ γὰρ ἐπειδὴ σὺ, φησὶ, τὸν λόγον ἀγνοεῖς τῶν γεγενημένων, ἐπισκῆπτειν ἐπιχειρεῖ τοῖς δημιουργήμασιν. Ἦκουσας τοῦ Δεσπότης ψηφίζομένου, καὶ λέγοντος, ὅτι καλὰ, καὶ πῶς σὺ μέμνηται τολμῶν λέγειν, διὰ τί γεγένηται; καὶ ὡς περιετὴν αὐτῶν τὴν δημιουργίαν διαβάλλεις; Ἐὰν γὰρ εὐγνώμων ἦς, δυνήσῃ καὶ ἐκ τῆς τούτων δημιουργίας καὶ τὴν δύναμιν τοῦ σοῦ Δεσπότης, καὶ τὴν ἄφατον φιλοφροσύνην καταμαθεῖν τὴν μὲν δύναμιν ὅτι τῷ λόγῳ καὶ ἐπιτάγματι ἐκ τῶν ὀδάτων τοιαῦτα ζῶα παραχθῆναι πεποίηκε τὴν δὲ φιλοφροσύνην, ὅτι καὶ παραγαγὼν ἰδὼν εἶναι χώραν αὐτοῖς ἀπένειμε, καὶ τὸ ἄπλετον μέρος τῆς

θαλάσσης αὐτοῖς ἀπεκλήρωσεν, ὥστε μηδένα λυμῆναι, ἀλλ' ἐνδιαιτᾶσθαι μὲν τοῖς ὕδασι, καὶ διὰ τῆς ὕψους τοῦ δημιουργοῦ διδάσκειν τὴν ὑπερβάλλουσαν δύναμιν, μηδεμίαν δὲ βλάβην παρέχειν τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει. Ἡ μικρὸν οἶον τοῦτο μέρος εἶναι φιλοφροσύνης, τὸ διπλῆν ἐξ αὐτῶν σοι γίνεσθαι τὴν ὠφέλειαν; Καὶ γὰρ εἰς θεογονοσίαν ἐνάγει τοὺς εὐγνωμοῦν βουλομένους, καὶ ἐκπλήττεσθαι παρασκευάζει τῆς φιλοφροσύνης αὐτοῦ τὸ μέγεθος, ὅτι τῆς ἀπ' αὐτῶν βλάβης ἡλευθέρωσε τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν. Οὐδὲ γὰρ εἰς χρεῖαν ἡμῖν μόνον ἅπαντα παρ' αὐτοῦ δεδημιουργηται, ἀλλὰ διὰ τὴν πολλὴν αὐτοῦ φιλοφροσύνην, τὰ μὲν εἰς χρεῖαν, τὰ δὲ καὶ διὰ τοῦτο παρήχθη, ἵνα κηρύττηται τοῦ ποιήσαντος αὐτὰ ἡ δύναμις. Ἄκουον τοίνυν, ὅτι εἶδεν ὁ Θεός, ὅτι καλὰ, μηκέτι τόλμα ἀντιφθέγγεσθαι τῆ θεῖᾳ Γραφῇ, μηδὲ περιεργάζεσθαι καὶ πολυπραγμονεῖν. καὶ λέγειν, διὰ τί τὸ καλὸν τὸ ἐγένετο; Καὶ εὐλόγησεν αὐτὰ ὁ Θεός, φησὶ, καὶ εἶπεν· Αὐξάνεσθε, καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὰ ὕδατα τὰ ἐν ταῖς θαλάσσαις, καὶ τὰ πετεινὰ πληθυνέσθωσαν ἐπὶ τῆς γῆς.

ε'. Αὕτη ἐστὶν ἡ εὐλογία, τὸ εἰς πλῆθος αὐτὰ ἐπιδοῦναι. Ἐπειδὴ γὰρ ἐμψυχα τῶν τὰ ζῶα τὰ δημιουργηθέντα, ἐβούλετο δὲ διηνεχθῆναι τούτων εἶναι τὴν σύστασιν· διὰ τοῦτο ἐπήγαγε· Καὶ εὐλόγησεν αὐτὰ ὁ Θεός, καὶ εἶπεν· Αὐξάνεσθε, καὶ πληθύνεσθε. Τὸ γὰρ ῥῆμα ἐκεῖνο μέχρι τοῦ παρόντος ταῦτα συγκρατεῖ, καὶ τοσοῦτο μῆκος χρόνου παρέδραμε, καὶ οὐδὲ ἐν τούτων γένος ἡλαττώθη. Ἡ γὰρ εὐλογία ἡ παρὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ ῥῆμα τὸ λέγον, Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, τὴν σύστασιν αὐτοῖς καὶ τὴν διαμονὴν ταύτην ἅπασαν ἐχαρίσατο. Καὶ ἐγένετο, φησὶν, ὁσπέρα, καὶ ἐγένετο πρῶτον, ἡμέρα πέμπτη. Εἶδες πῶς καὶ τὰ κατὰ τὴν πέμπτην ἡμέραν δημιουργηθέντα ζῶα ἐδίδαξεν ἡμᾶς ἡ θεῖα Γραφή; Ἄλλὰ μικρὸν ἀνάμεινον, καὶ ὄφει πάλιν τοῦ σοῦ Δεσπότης τὴν φιλοφροσύνην. Οὐδὲ γὰρ μόνον τὰ ὕδατα πρὸς τὴν τῶν ζῶων γένεσιν διήγειρεν, [54] ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆς γῆς πάλιν ἀναβῆθῆναι προσέταξε ζῶα χερσαῖα. Οὐδὲν γὰρ ἄστοπον μικρὸν ἐφάσθαι σήμερον καὶ τῶν κατὰ τὴν ἕκτην ἡμέραν γενομένων. Καὶ εἶπεν, φησὶν, ὁ Θεός· Ἐξαγαγέτω ἡ γῆ ψυχὴν ζῶων κατὰ γένος, τετράποδα καὶ ἔρπετὰ, καὶ θηρία ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ τὰ κτήνη, καὶ πάντα τὰ ἔρπετὰ τῆς γῆς κατὰ γένος. Καὶ ἐγένετο οὕτως. Ὅρα καὶ τὴν γῆν πάλιν διπλῆν καρποφορία παρέχουσαν, καὶ τῷ προστάγματι τοῦ Δεσπότης ὑπηρετοῦμένην. Τότε μὲν γὰρ τῶν σπερμάτων τὴν βλάστην ἐξέδωκε, νῦν δὲ ἃ ζῶα ἐμψυχα, τετράποδα, ἔρπετὰ, θηρία καὶ κτήνη. Ἰδοὺ ὅπερ ἐφθην εἰπὼν, τοῦτο καὶ νῦν δείκνυται, ὅτι οὐ διὰ χρεῖαν ἡμετέραν μόνον ἅπαντα παρήγαγεν, ἀλλὰ καὶ δι' ὠφέλειαν ε, ἵνα ὁρῶντες τὴν ἀφθονον περιουσίαν τῶν αὐτοῦ δημιουργημάτων, ἐκπληττώμεθα τοῦ δημιουργοῦ τὴν δύναμιν, καὶ εἰδέναι ἔχωμεν ὡς σοφία τι καὶ ἀφάτη φιλοφροσύνη διὰ τὴν εἰς τὸν μέλλοντα ἀνθρώπων γίνεσθαι τιμὴν f, ταῦτα ἅπαντα παρήχθη.

b Sic Savil. et quidam mss.; Morel. vero ἵνα κηρύττῃ τοῦ ποιήσαντος αὐτὰ τὴν δύναμιν.

c Hæc verba autem sunt in εὐλογία.... ἐπιδοῦναι, in quibusdam mss. et in Savil. superius posita sunt, ante ἐπειδὴ γὰρ ἢ τὰ ζῶα etc., eorumque verus situs hic esse videtur, ut ex serie arguitur. In Morel. inferius posita erant.

d Coisl. : Οὐδὲν γὰρ ἄστοπον μικρὸν... γενομένων· τὸ μὲν γὰρ τῶν σπερμάτων ἔδωκε τὴν βλάστην (sic), νῦν δὲ.

e In hunc locum hæc notavit Savilius : e Locus est, nisi fallor, mendosus : idem est δὲ χρεῖαν εἰ δὲ ὠφέλειαν. Interpretor hoc posterius vertit, sed et propter suam et magnificentiam, ac si dixisset Chrysostomus, διὰ τὴν οἰκίαν μεγαλοφροσύνην quam tamen lectionem in libris nostris non reperio. Rectissime ingeniosissimus Boisius pro ὠφέλειαν substituit φιλοφροσύνην quomodo locutus est paulo supra : hæc enim verba superioribus aliquid sermonis resumptio sunt; quod plane indicat illud, ὅπερ ἐφθην εἰπὼν, hic positum.

f Coisl. εἰς τὴν μέλλουσαν γίνεσθαι τιμὴν.

* Hæc recte Coisl. et Savil. : Morel. et Montf. ἄλλ' οἱ. Edit.

humanum genus per prophetæ linguam docere dignatus esset, ut scire possimus et rerum creaturarum ordinem, et Creatoris potentiam, et quomodo sermo ejus in opus exierit, et verbum ejus subsistentiam et ad existentiam transitum creaturis præbuerit?

4. *Cur tantum ordinem in creationis narratione serret.*—Verum sunt insensati nonnulli, qui et post tantam doctrinam increduli esse audent, faterique nolunt esse aliquem istorum visibilium opificem: sed alii quidem fortuito illa ac per se esse dicunt, alii vero ex subjacente quadam materia esse facta contendunt. Considera quanta diaboli illusio, quomodo abusus est facili erroribus servientium credulitate. Eapropter beatus Moses, Spiritu divino afflatus, tanta diligentia nos docet, ne idem et nobis eveniat; sed sciamus manifeste et creaturarum ordinem, et quomodo quæque creatæ sint. Nisi enim nostræ salutis curam habuisset Deus, et ita direxisset prophetæ linguam, satis erat dixisse: Fecit Deus cælum et terram, et mare, et animantia: neque necesse erat ut poneret ordinem dierum, neque quid primo, et quid secundo factum fuerit. Sed ut ingratis et male sentientibus nulla relinqueretur excusatio, ita distinguit manifesto et factorum ordinem, et dierum numerum, et omnia nos docet cum magna attemperatone, ut cognita omni veritate, non ultra eorum erroribus attendamus, qui omnia ab se excogitata loquuntur, sed sciamus Conditoris nostri inenarrabilem potentiam. *Et factum est, inquit, ita. Dixit: Educant aquæ reptilia animarum viventium, et volatilia volantia super terram secundum firmamentum cæli, et obtemperavit elementum, et implevit præceptum. Et factum est, inquit, sicut imperavit Dominus. 21. Et fecit Deus cete magna, et omnem animam animalium reptilium, quæ produserunt aquæ secundum genera sua, et omne volatile pennatum secundum genus. Et vidit Deus quod essent bona. 22. Benedixitque ea Deus, dicens: Crescite et multiplicamini, et implete aquas marium, et volatilia multiplicentur super terram.* Iterum hic, quæso, considera, quanta sit sapientia Spiritus. Nam cum dixit beatus Moses, *Et factum est ita, docet nos miratim addens et dicens: Et fecit Deus cete magna, et omnem animam animalium reptilium quæ produserunt aquæ secundum genera sua, et omne volatile pennatum secundum genus. Et vidit Deus quod essent bona.* Hic denuo temeritatem omnia absque ratione deblaterantium comprimit. Nam ut nullus dicere possit, Cujus gratia cete facta sunt? quam nobis utilitatem conferunt? quid commodi ex eorum creatione? idcirco postquam dixit: *Fecit Deus cete magna, et omnem animam animalium reptilium, et volatilia: statim addidit: Et vidit Deus quod essent bona.* Quasi diceret: Ne quia tu rationem ignoras factorum, opificia vituperare aggrediaris. Audisti Dominum pronuntiantem, et dicentem illa esse bona: et quomodo tu insanens dicere audes, Quare facta sunt? quasi superfluum ipsarum accusans opificium? Nam si cordatus esses, posses etiam ex harum creatione et potentiam Domini et ineffabilem benignitatem addiscere: potentiam quidem, quia sermone et præcepto

ex aquis talia animantia produxit; benignitatem autem, quia ut ea produxit, propriam eis regionem attribuit, immensam maris partem illis decernens, ita ut nemini possent nocere; sed versentur in mari, et sui spectaculo supereminentem Opificis potentiam doceant, nullumque humano generi damnum inferant. An parvam putas benignitatis partem, geminam tibi utilitatem hinc exoriri? Etenim sapere volentes ad Dei notitiam introducunt, et stupendam exhibent benignitatis ejus magnitudinem, quod ab eorum nocuementis humanum genus liberaverit. Neque enim ob nostram dumtaxat utilitatem ea omnia facta sunt, sed et ob immensam ipsius magnificentiam: alia enim propter nostram utilitatem fecit, alia propter suam magnificentiam, ut magis Factoris prædicetur potentia¹. Cum audis itaque, *Vidit Deus quod essent bona: ne ausis ultra divinæ Scripturæ contradicere, ac curiosius inquirere, dicereque: Quare Deus hoc vel illud fecit? Et benedixit illa Deus, inquit, et dixit: Crescite et multiplicamini, et implete aquas marium: et volatilia multiplicentur super terram.*

5. Hæc est ipsa benedictio, ut magno numero illa augeantur. Nam quia viventes creaturæ erant animalia, volebatque illa perpetuo manere, ideo subdidit: *Et benedixit illa Deus, et dixit: Crescite et multiplicamini.* Verbum enim illud usque in præsentem diem illa conservat, et tantum præterit tempus, neque unum horum genus imminutum est. Nam benedictio Dei, et verbum illud: *Crescite et multiplicamini, ut subsisterent et durarent illis contulit. 23. Et factum est, inquit, vespere, et factum est mane, dies quintus.* Vides quomodo divina Scriptura docuit nos, quæ die quinto creata sint animantia? Sed parumper expecta, et iterum videbis Domini tui benignitatem. Neque enim aquas solum animalium productione fecundas fecit, sed denuo præcipit, ut ex terra terrestria producantur animalia. Non abs re quippe erit hodie attingere ea quæ die sexto sunt facta. 24. *Et dixit, inquit, Deus: Producat terra animam viventem secundum genus, quadrupes, et reptilia, et bestias super terram: et pecora, et omnia reptilia terræ, secundum genus. Et factum est sic.* Vide quomodo terra iterum duplicem nobis afferat fructum, et mandato dominico ministret. Tunc quidem seminum edidit germina, nunc autem² viventia animalia, quadrupes et reptilia, pecora et feras. Ecce quod supra dixi iterum declaratur; nempe Deum non omnia ad nostrum usum produxisse, sed tamen ad quamdam utilitatem³, ut videntes copiam et multitudinem ejus creaturarum, Opificis virtutem obstupescamus, et sciamus sapientia quadam et beneficentia inenarrabili propter futuri hominis honorem⁴ omnia esse producta.

¹ Sic Savil. et quidam Mss.; Morel. vero, *ut prædicat factoris sui potentiam.*

² Coislin., ... *quæ sexto die sunt facta; tunc quidem seminum dedit germina, nunc autem, omnis interpretatio.*

³ Verisimiliter, locus ille superius ditorum resumendo est, et hic eundem sensum ad supra offerre debet, nempe hunc: *Deum non omnia ad nostram utilitatem produxisse, sed et propter ipsius magnificentiam.*

⁴ Coislin., *propter gloriam inde venturam.*

Ex ferarum et serpentium corporibus quæ utilitas oritur.—25. «*Et fecit, inquit, Deus bestias terræ secundum genus suum, et pecora secundum genus suum, et omnia reptilia terræ secundum genus suum. Et vidit Deus quod essent bona.*» Ubi nunc sunt qui dicere audent: Quare feræ, quare reptilia creata sunt? Audiant divinam Scripturam dicentem: *Et vidit Deus quod essent bona.* Dic, obsecro, ipse qui creavit laudat facta, et tu audes reprehendere? Quantæ non hoc fuerit insanix? Quia et in seminibus et in plantis non solum fructuosas arbores, sed et sylvestres, et steriles; et non solum inutiles herbas, sed et incognitas nobis profert terra, sæpe etiam noxias: sed propterea non sunt vituperandæ creaturæ: nihil enim temere aut frustra formatum est. Sane neque laudem apud Conditorum invenissent, nisi ad utilitatem aliquam conditæ essent. Itaque sicut in arboribus non omnes fructuosæ, sed et infructuosæ multæ: atamen illæ ipsæ non minorem nobis, quam fructuosæ utilitatem, eamque admirabilem, et quieti nostræ servientem conferunt: etenim ex ipsis ædificia, et multa alia ad quietem nostram pertinentia fabricamus: et omnino nihil est quod non ratione aliqua formatum sit, etiamsi humana natura omnia illa accurate scire non possit: proinde sicut in arboribus, ita et in animalibus alia quidem ad cibum nostrum pertinent, alia ad ministerium. Ferarum item et reptilium genera non parvam nobis præstant utilitatem, et si quis velit æquo animo intelligere, inveniet etiam nunc, cum principatu eorum ob primi parentis inobedientiam destituti sumus, magnam ex illis nobis utilitatem provenire. Multa enim inde colligunt medici, quæ ad nostrorum corporum medicinam et sanitatem conducant. Alioquin etiam quid nocementi ex ferarum productione, quando sicut domestica animalia, sic et illa sub potestate futura erant hominis, non multo post formandi? Hoc enim nunc dico.

6. Ut autem discas omnium Domini supereminentem beneficentiam, quam erga nostrum genus declarat, postquam expandit cælum, extendit terram, condidit firmamentum, ut quasi septum aliquod divisionem inter aquas et aquas faceret: deinde ut jussit aquarum fieri congregationes, eas maria appellavit, aridam autem terram, quam postea seminum herbarumque proventu ornavit. Indeque transit ad duorum magnorum luminarium formationem, et ad stellarum varietatem, quibus pulchritudinem cæli ornatiorem reddidit; postea autem cum ex aquis produxisset aquatilia animantia et volatilia, quæ volarent super terram secundum firmamentum cæli, impleto quinque dierum numero, quoniam oportebat et terrestria animalia formari: imperavit ut et ipsa ederentur, cum ea quæ ad cibum, tum ea quæ ad ministerium conducibilia, nec non feræ et reptilia, denique ubi omnia suo ornatu excoluit, et convenienti ordine visibilia disposuit, et mensam largam instruxit, variis et omnigenis refertam eduliis, copiamque et opes habentem, et quasi quis dicat regiam, undique superne et inferue variis modis splendidam, tunc tandem illum

format qui his omnibus fructurus esset, cui visibilibus omnium potestatem tradat, et ostendit quanto dignius cæteris omnibus animal formet, quandoquidem præcipit, omnia quæ facta erant sub illius esse imperio et potestate.

Moralis exhortatio; Gentilium amentia in animalium rerumque vilium cultu. — Verum ne longius excurrat oratio, his contenti dictis, in sequentem diem repornamus ea quæ pertinent ad formationem admirabilis hujus animalis rationalis et animati, hominis inquam, nunc consuetam admonitionem adhibentes, ita ut ne dictorum memoria elabatur: sed ex omnibus visibilibus ad celebrandum Dominum nos ipsos erigamus. Quod autem assequi, et creaturarum omnium rationem comprehendere non possumus, id ne sit nobis incredulitatis occasio, sed potius ad referendam Deo gloriam incitantem. Quando enim deficit ratio, et mens non est capax, cogita quam magnus est Dominus tuus, et ex hoc ipso, quod tanta sit ejus virtus, ut neque rationem eorum quæ ab illo facta sunt scire queamus. Hoc fuerit grati animi, hoc sobriæ mentis. Quoniam et gentiles sic erraverunt, suis cogitationibus omnia permittentes, et ad imbecillitatem nature suæ non respicientes, sed quæ ultra captum suum erant imaginantes, et limitum suorum fines egressi, etiam a suæ dignitate exciderunt. Nam qui ratione insigniti hujusmodi primatum acceperant a Creatore, utpote omnibus quæ sub oculis cadunt creaturis digniores, hi in tantam absurditatem deducti sunt, ut canes, simias, et crocodilos, et his foediora adorarint. Et quid dico bruta animalia? Multi eorum in tantum stuporem et amentiam inciderunt, ut et alia, et his viliora colant. Propterea propheta illos subindicans, inquit: *Comparatus est jumentis insipientibus, et similibus factus est illis (Psal. 48. 21).* Qui ratione, inquit, insignitus erat et tanta sapientia præditus, is brutis factus est similis, forte et deterior. Illa enim, utpote irrationabilia, nullis pœnis obnoxia erunt; qui autem ratione pollet, si in illorum inciderit absurditatem, merito pœnas luet, ingratus cura sit post tot beneficia. Hinc denique et lapides et ligna deos appellarunt, et hæc visibilia elementa deos effecerunt: quia ut semel a recta via aberrarunt, in præceps iverunt, et in malitiæ profundum inciderunt.

7. Verumtamen nos neque sic de salute illorum desperemus, sed afferentes id quod penes nos est, cum omni alacritate et patientia illis loquamur: monstrantes tum rei absurditatem, tum damni gravitatem, et nunquam de illorum salute despondeamus animum. Probabile enim est, fore, ut temporis progressu persuadeantur, maxime si nos ita vivamus, ut nullam ipsis præbeamus repugnandi ansam. Multi enim illorum cum viderint nostrorum aliquos verbo quidem et vocabulo Christianos appellari, cæterum sicut ipsos rapere, pecuniæ cupidos esse, invidere, insidiari, dolos nectere, aliaque omnia facere, crapulæ voluptatique vacare, monita nostra non ultra admittunt, sed omnia nostra fallaciam existimant, et iisdem criminationibus omnes esse obnoxios. Cogita igitur, ob-

Καὶ ἐποίησε, φησὶν, ὁ Θεὸς τὰ θηρία τῆς γῆς κατὰ γένος αὐτῶν, καὶ τὰ κτήνη κατὰ γένος αὐτῶν, καὶ πάντα τὰ ἔρπετά τῆς γῆς κατὰ γένος αὐτῶν. Καὶ εἶδεν ὁ Θεός, ὅτι καλὰ. Ποῦ νῦν εἰσιν οἱ τολμῶντες λέγειν; διὰ τί θηρία; διὰ τί ἔρπετά; Ἀκούωσαν τῆς θαλάσσης λεγούσης, Καὶ εἶδον ὁ Θεός ὅτι καλὰ. Εἶπέ μοι, αὐτὸς ὁ δημιουργήσας ἐπιναεῖ τὰ γινόμενα, καὶ οὐ ἐπισκῆπτειν τολμᾶς; Καὶ πόσης οὐκ ἂν εἴη τοῦτο μανίας; Ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς σπέρμασι καὶ ἐν τοῖς φυτοῖς οὐ μόνον ἔγκαρπα δένδρα ἀνέδωκεν ἢ γῆ, ἀλλὰ καὶ ἄκαρπα, καὶ οὐ μόνον ἀχρησίμους βοτάνας, ἀλλὰ καὶ ἡμῖν ἀγνώστους ἐκφέρει, πολλάκις καὶ ἐπιπλαθεῖς· ἄλλ' οὐ διὰ τοῦτο τολμήσει τις μέμφεσθαι τοῖς γινόμενοις· οὐδὲν γὰρ μάτην, οὐδὲ ἀπλῶς γεγένηται. Οὐδὲ γὰρ ἂν τὸν ἔπαινον ἐδέξατο παρὰ τοῦ Δεσπότη, εἰ μὴ πρὸς χρεῖαν τινὰ ἐπωφελεῖ δεημιουργηται. Καθάπερ οὖν ἐπὶ τῶν δένδρων οὐ πάντα ἐστὶν ἔγκαρπα ἃ, ἀλλὰ καὶ ἄκαρπα πολλά, καὶ οὐκ ἔλαττον τῶν ἔγκαρπων κακεῖνα θαυμαστὴν ἡμῖν τὴν χρεῖαν παρέχεται, πρὸς τὴν ἀνάπαισιν τὴν ἡμετέραν συντελοῦντα· καὶ γὰρ καὶ οἰκοδομᾶς ἐξ αὐτῶν, καὶ πολλὰς ἐτέρας χρεῖας πρὸς τὴν ἡμετέραν ἀνάπαισιν συντελοῦσας κατασκευάζομεν, καὶ ὅπως οὐδὲν ἐστίν, ὃ μὴ λόγῳ τιμὴ δεημιουργηται, εἰ καὶ ἡ ἀνθρωπίνη φύσις οὐκ ἰσχύει πάντων μετὰ ἀκριθείας εἶδέναι τὸν λόγον· ὡσπερ οὖν ἐπὶ τῶν δένδρων, οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ζώων τὰ μὲν πρὸς βρῶσιν ἡμῖν ἐστὶν ἐπιτήδεια, τὰ δὲ πρὸς ὑπηρεσίαν. Καὶ τῶν θηρίων δὲ τὰ γένη, καὶ τῶν ἔρπετῶν οὐ μικρὰν ἡμῖν χρεῖαν συντελεῖ, καὶ εἰ βουληθεῖ τις εὐγνωμόνως καταμαθεῖν, εὐρίσκει καὶ νῦν, ὅτε τῆς ἀρχῆς αὐτῶν ἀφρηρότημιν διὰ τὴν τοῦ πρωτοπλάστου παρακοῆν, πολλὴν τὴν ἀπ' αὐτῶν ὠφέλειαν ἡμῖν προσγινομένην. Πολλὰ γὰρ καὶ ἐκ τούτων λαμβάνοντες ἰατρῶν παῖδες κατασκευάζουσι πρὸς τὴν τῶν ἡμετέρων σωμάτων [55] ὑγίειαν συντελεῖν δυνάμενα. Ἄλλως δὲ τοῖα βλάβη ἐκ τῆς τῶν θηρίων δημιουργίας, ὅποτε καθάπερ τὰ ἡμέρα, οὕτω καὶ αὐτὰ ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν εὐγχανεῖν ἡμελλε τοῦ μετ' οὐ πολὺ μέλλοντος δημιουργεῖσθαι; Τοῦτο γὰρ τῶς φημί.

ζ'. Ἴνα δὲ μάθησεν τοῦ τῶν ἀπάντων Δεσπότη τοῦ ὑπερβάλλουσας φιλανθρωπίαν, ἦν περι τὸ γένος τὸ ἡμέτερον ἐπιδεικνύεται, ἐπειδὴ ἐξέτεινε ἃ τὸν οὐρανὸν, ἤκλωσε τὴν γῆν, ἐδημιούργησε τὸ στερέωμα, καθάπερ τι μέσον τεχνίον τὴν διαίρεσιν τῶν ὑδάτων ἐργαζόμενον, εἶτα τὴν συναγωγὴν τῶν ὑδάτων γενέσθαι προστάξας, τὰ μὲν θαλάσσης ὠνόμασε, τὴν δὲ ξηρὰν γῆν, εἶτα ταύτην ἐκαλλώπιζε ταῖς τῶν σπερμάτων ἀναδόσεις, καὶ τῶν λοιπῶν βοτανῶν. Μετῆλθε πάλιν ἐπὶ τὴν τῶν δύο μεγάλων φωστήρων δημιουργίαν, καὶ τῶν ἀστέρων τὴν ποικίλιν, δι' αὐτῶν τὸ κάλλος τοῦ οὐρανοῦ κατακοσμήσας· εἶτα τὰ ἐκ τῶν ὑδάτων ζῶα ἐμφυχα παραγαγὼν, καὶ τὰ πετεινὰ τὰ πετόμενα ἐπὶ τῆς γῆς κατὰ τὸ στερέωμα τοῦ οὐρανοῦ, καὶ πληρώσας τῶν πέντε ἡμερῶν τὸν ἀριθμὸν, ἐπειδὴ ἔχρησεν καὶ τὰ ἀπὸ τῆς γῆς ζῶα δημιουργηθῆναι, προστάξας καὶ ταῦτα ἀναδοθῆναι, τὰ τε πρὸς τροφήν ἐπιτήδεια, τὰ τε πρὸς τὴν ὑπηρεσίαν χρῆσιμα, καὶ τὰ θηρία καὶ τὰ ἔρπετά, τότε λοιπὸν ἐπειδὴ πάντα κατεκόσμησε, καὶ τὴν προσήκουσαν ἐπέθηκεν εὐταξίαν καὶ διακόσμησιν τοῖς ὁρωμένοις, καὶ τὴν ἐράπειαν πολυτελεῖ παρεσκεύασε ποικίλων καὶ παντοδαπῶν πεπληρωμένην τῶν ἐδεσμάτων, καὶ πολλὴν τὴν ἄφθοσίαν καὶ τὸν πλοῦτον ἔχουσαν, καὶ τὰ βασιλεία, ὡς ἂν εἴποι τις, πανταχόθεν λαμπρὰ ἐργάζατο τὰ ἄνω, τὰ

κάτω ποικίλως φαιδρῶνας, τότε λοιπὸν τὸν τούτων ἀπάντων ἀπολαύειν μέλλοντα δημιουργεῖ, τὴν ἐξουσίαν τῶν ὁρωμένων ἀπάντων αὐτῷ παραδίδους, καὶ δεικνύς ὅση τῶν δημιουργηθέντων ἀπάντων τιμιώτερον τὸ μέλλον διαπλάττεσθαι ζῶον, εἶγε πάντα τὰ γενόμενα ὑπὸ τὴν τοῦτο ἐξουσίαν, καὶ ἐπιτροπὴν γενέσθαι κελεύει. Ἄλλ' ἵνα μὴ εἰς πολὺ μῆκος τὸν λόγον ἐκτείνωμεν, ἀρκεσθέντες τοῖς εἰρημένοις, εἰς τὴν ἐξῆς ταμειουσώμεθα τὰ κατὰ τὴν διάπλασιν τοῦ θαυμαστοῦ τούτου ζώου τοῦ λογικοῦ καὶ ἐμφύχου, τοῦ ἀνθρώπου λέγω, τὴν συνήθη παράκλησιν ἡμῖν καὶ νῦν προσάγειν, ὥστε καὶ τῶν εἰρημένων τὴν μνήμην διαφυλάττειν, καὶ διὰ πάντων τῶν ὁρωμένων εἰς τὴν τοῦ Δεσπότη δοξολογίαν ἑαυτοῖς διεγείρειν. Καὶ τὸ μὴ ἐφικνεῖσθαι, μηδὲ δύνασθαι πάντων τῶν δημιουργηθέντων τὸν λόγον καταλαβεῖν, μὴ γενέσθω ἡμῖν ἀπιστίας ὑπέθεσις, ἀλλὰ δοξολογίας ἀφορμὴ. Ὅταν γὰρ ἀτονήσῃ ὁ λογισμὸς, καὶ μὴ χωρήσῃ ἡ διάνοια, ἐννοεῖ τοῦ Δεσπότη σου τὸ μέγεθος, καὶ ἐξ αὐτοῦ τούτου, ὅτι τοσαύτη αὐτοῦ ἡ δύναμις ὡς μηδὲ τὸν λόγον ἡμᾶς μετὰ ἀκριθείας εἶδέναι τῶν ὑπ' αὐτοῦ ἃ γεγονημένων. Τοῦτο διανοίας εὐγνωμόνως, τοῦτο ψυχῆς νηφούσης. Ἐπεὶ καὶ Ἕλληνες οὕτως ἐπλανήθησαν, τοῖς οικείοις λογισμοῖς τὰ πάντα ἐπιτρέψαντες καὶ μὴ θελήσαντες πρὸς τὸ ἀσθενὲς τῆς οικείας φύσεως ἀπιθεῖν, [56] ἀλλὰ τὰ ὑπὲρ αὐτοῦ φαντασθέντες, καὶ τῶν οικείων δρῶν ὑπερβάτους τὸ μέτρον, καὶ τῆς προσούσης αὐτοῖς ἀξίας ἐξέπεσον. Οἱ γὰρ λόγῳ τετιμημένοι καὶ τοσαύτην προεδρίαν λαβόντες παρὰ τοῦ δημιουργοῦ, καὶ τῶν κτισμάτων ἀπάντων τῶν ὁρωμένων τιμιώτεροι, οὕτοι εἰς τοσαύτην ἀλογίαν κατηνέχθησαν, ὡς κύνες, καὶ πιθήκους, καὶ κροκοδείλους, καὶ τὰ ἀτιμότερα τούτων προσκυνεῖν. Καὶ τί λέγω ζῶα ἄλογα; Πολλοὶ τούτων εἰς τοσαύτην ἀνοίαν καὶ ἀναισθησίαν ἐξέπεσον, ὡς καὶ κρῆμυα, καὶ τὰ τούτων εὐτελέστερα σέβειν. Διὰ τοῦτο ὁ προφήτης τούτους ἀνιτιτόμως ἔλεγε· *Παρασινεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς.* Ὁ λόγῳ, φησὶ, τετιμημένος, καὶ τοσαύτης σοφίας ἀξιωθεῖς, τῶν ἀλόγων γέγονεν ὁμοίος, τάχα δὲ καὶ χεῖρων. Ἐκεῖνα μὲν γὰρ ἄτε ἄλογα ὄντα οὐδὲ εὐθύνας ὑφείκει· ὃ δὲ λόγῳ τετιμημένος εἰς τὴν ἐκείνων ἀλογίαν μεταπεσὼν, εἰκότως μεγάλας δώσει τὰς εὐθύνας, ἀγνώμων γενόμενος περὶ τὴν τοσαύτην εὐαγγελίαν. Ἐντεῦθεν καὶ λίθους καὶ ξύλα λοιπὸν θεοῦ προσηγορεύσαν, καὶ ταῦτα τὰ ὀρωμένα στοιχεῖα ἐθεοποίησαν· ἅπασι γὰρ ἐκτραπέυτες τῆς εὐθείας ὁδοῦ, κατὰ κρημνῶν ἤχθησαν, καὶ εἰς αὐτὴν τὴν ἀβυσσον τῆς κακίας ἐξώκειλαν.

ζ'. Ἄλλ' ἡμεῖς μηδὲ οὕτως ἀπογνώμεν τῆς σωτηρίας αὐτῶν, ἀλλὰ τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰσφέρωμεν, καὶ μετὰ πάσης προθυμίας καὶ μακροθυμίας αὐτοῖς διαλεγώμεθα, δεικνύντες καὶ τοῦ πράγματος τὴν ἀτοπίαν, καὶ τῆς βλάβης τὸ μέγεθος, καὶ μηδέποτε ἀπαγορεύωμεν αὐτῶν τὴν σωτηρίαν. Εἰκὸς γὰρ αὐτοῖς πεισθήσεσθαι τοῦ χρόνου προϊόντος, καὶ μάλιστα ἂν ἡμεῖς οὕτω πολιτευώμεθα, ὡς μηδεμίαν αὐτοῖς παρέχειν λαβὴν. Πολλοὶ γὰρ τούτων, ἐπειδὴν ἰδῶσι τινὰς τῶν μεθ' ἡμῶν τεταγμένων, τῷ βήματι μὲν καὶ τῇ προσηγορίᾳ Χριστιανούς ὀνομαζόμενους, ὁμοίως δὲ ἐκείνοις ἀρπάζοντας, πλεονεκτοῦντας, βασκαίνοντας, ἐπιβουλεύοντας, ὁλοῦς ῥάπτοντας, τὰ ἄλλα ἅπαντα ἐργαζομένους, τρυφῇ καὶ ἀδραγαγίᾳ προσέχοντες, οὐκέτι οὐδὲ τὴν ἀπὸ τῶν λόγων νοουσίαν προσένται, νομίζοντες ἀπάτην εἶναι τὰ ἡμέτερα.

• Morel μνήμην μὴ διαφυγεῖν.

• Sic Savil. et omnes penes mss. In Morel. ὑπὲρ αὐτοῦ, male. Infra Morel. ὡς τοῖς οικείοις λογισμοῖς. In aliis ὡς deest, et paulo post τῆς φύσεως ἀπιθεῖν, omisso οικείας. Infra Reg. et Coislin. ἀξίας ἐπέσει.

• Reg. et Colb. κατὰ μικρὸν ἠνέχθησαν. Paulo post Morel. solus ἄλλ' ἡμεῖς οὐδὲ οὕτως ἀπογνώμεν τὴν σωτηρίαν αὐτῶν. Savil. et quatuor mss. παρέχον βλάβη.

• Colbert. et Coislin. ἔγκαρπα.

• Coislin. τὴν ὑπερβολὴν τῆς φιλανθρωπίας.... ἐπεδείξατο, ἐπειδὴ γὰρ ἐβέβη

6. *Adam scientiam boni et mali non ex esu a ligno accepit.*— Quis ergo ferat eos qui dicere audent, hominem post esum de ligno acquisivisse scientiam boni et mali, qui et ante esum tanta sapientia plenus erat, et cum scientia etiam prophetica gratia dignatus est? Et quomodo hoc rationi consonum esset, capras quidem et oves omniumque brutorum naturam scire, quæ herba sit salutaris, et cibo utilis, et quæ perniciosa, ut illam adeat, hanc studiose fugiat: et hominem, rationale animal, nescire quid bonum et quid malum? Sed ecce, inquit. Scriptura nomen hoc vocat lignum scientiæ boni et mali. Neque me hoc latet: sed si proprietates divinæ Scripturæ discernere volueris, scies quare hoc nomen huic ligno tribuit. Non enim quod homini scientiam dederit, sic vocatum est: sed quia per illud facta est transgressio

¹ Sic Morel. Apud Savil. et Mss., *tanta magnificentia.*

καὶ μύχθου παντὸς ἀππλλαγμένον βίον χαρισισμένῳ. Μὴ γὰρ οὐκ ἐξήν τῶν ἄλλων ἀπάντων τῶν ἐν τῷ παραδεισῷ μετὰ δαψιλίας ἀπολαύειν; τίνας ἔνεκεν οὕτως εὐκολον οὖσαν τὴν ἐντολὴν φυλάξει οὐδὲ αὐτὸς ἐβουλήθη; Ἄλλ' ἴσως ἀκούσας παρὰ τῆς γυναικὸς τῆς ὀλεθρίου συμβουλῆς τὴν ὑπόσχεσιν, καὶ τῇ ἐλπίδι καὶ αὐτὸς φυσῆσαι, ἐτοίμως ἐκοινωνήσας τῆς βρώσεως. Διὰ τοῦτο καὶ τὸ ἐπιτίμιον ἀμφοτέρους διαδέχεται, καὶ τῶν πραγμάτων ἡ πείρα διδάξει ὕμᾶς, μὴ τοῦ Θεοῦ ἀξιοπιστιπέραν ἠγίσθαι τὴν τοῦ πονηροῦ δαίμονος συμβουλήν. *Καὶ ἔδωκε καὶ τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς· καὶ ἔφαγον, καὶ διηγοίχθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ τῶν δύο, καὶ ἔγνωσαν ὅτι γυμνοὶ ἦσαν.*

ε'. Ζήτημα μέγιστον ἡμῖν ἐντεῦθεν τίκεται, ὅπερ πρῶην ὑπεσχόμεν τῇ ὑμετέρῃ ἀγάπῃ. Δικαίως γὰρ ἂν τις ἔρωτο, τίνα ἰσχύον εἶχε τὸ ξύλον ἐκεῖνο, ὥστε τὴν ἐξ αὐτοῦ βρῶσιν τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν διανοεῖται, καὶ διὰ τί γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ καλεῖται. Καὶ εἰ βούλεσθε, ἀνάσχεσθε· μικρὰ γὰρ ὑμῖν καὶ περὶ τούτου διαλεχθῆναι βούλομαι, καὶ διδάξαι τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, ὅτι εἰ βουλευθῆμεν εὐγνωμόνως δέχεσθαι τὰ ἐν τῇ θεῖᾳ Γραφῇ λεγόμενα, οὐδὲν ἡμῖν τῶν εἰρημένων ὕστατος φανεῖται. Οὐδὲ γὰρ ἡ ἐκ τοῦ ξύλου βρῶσις αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς διηνοεῖ· καὶ γὰρ καὶ πρὸ τῆς βρώσεως ἔβλεπον· ἀλλ' ἐπειδὴ ἡ τοῦτο βρῶσις παρακοῆς ἦν ὑπόθεσις, καὶ τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ δοθείσης ἐντολῆς παράδοσις, δι' ἣν αἰτίαν λοιπὸν καὶ τὴν δόξαν τὴν περιστέλλουσιν αὐτοὺς ἀφῆρέθησαν, ἀναξίους ἑαυτοὺς τῆς τιμῆς τῆς τοσαύτης καταστήσαντες· διὰ τοῦτο τῇ οικείᾳ συνηθείᾳ κατακολουθοῦσα ἡ Γραφή φησιν· *Ἔφαγον, καὶ διηγοίχθησαν αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ ἔγνωσαν ὅτι γυμνοὶ ἦσαν*. διὰ τὴν παράδοσιν τῆς ἐντολῆς γυμνωθέντες τῆς ἀνωθεν ῥοπῆς, αἰσθησιν λαμβάνουσι καὶ τῆς αἰσθητῆς γυμνότητος, ἵνα διὰ τῆς καταλαβούσης αὐτοὺς αἰσχύνης γνῶσιν ἀκριβῶς, εἰς οἷον αὐτοὺς ὀλισθόν ἤγαγε τὸ παραδοθῆναι· τὴν ἐντολὴν τοῦ Δεσπότου. Οἱ γὰρ πρὸ τούτου τοσαύτης παβήσεως ἀπολαύσαντες, καὶ οὐδὲ εἰδότες ὅτι γυμνοὶ τυγχάνουσιν (οὐδὲ γὰρ ἦσαν γυμνοὶ· ἡ γὰρ ἀνωθεν δόξα παντὸς ἰματίου μᾶλλον αὐτοὺς περιέσκαπε), μετὰ δὲ τὴν βρῶσιν, τοῦτ' ἔστι, μετὰ τὴν παράδοσιν τῶν προσταχθέντων, εἰς τοσαύτην [150] ταπεινότητα κατηνέχθησαν, ὡς σκέπην λοιπὸν ἐπιζητεῖν διὰ τὸ μὴ φέρειν τὴν αἰσχύνην. Ἡ γὰρ παράδοσις τῆς ἐντολῆς ἐπεισελοῦσα, τὸ ἰμάτιον ἐκείνο τὸ καινὸν καὶ παράδοξον, τὸ τῆς δόξης λέγω καὶ τῆς ἀνωθεν εὐνοίας, ὅπερ ἦσαν ἡμπεριμένωι, περιελοῦσα, καὶ τῆς γυμνότητος αἰσθησιν παρέσχε, καὶ αἰσχύνῃ θράψῃ περιέβαλε. *Καὶ ἔρραψαν, φησὶ, φύλλου συκῆς, καὶ ἐποίησαν ἐν τοῖς περιζώματι.* Ἐνόησόν μοι, ἀγαπητὲ, ἀπὸ ποταποῦ ὕψους πῶς εἰς βαθὺν κρημνὸν αὐτοὺς κατήγαγεν ἡ παρὰ τοῦ διαδόλου συμβουλή. Οἱ γὰρ τοσαύτη δόξη περιεστῆλμένοι, νῦν φύλλα συκῆς ῥάπτουσι, καὶ ποιοῦσιν ἑαυτοὺς περιζώματα. Τοῦτο τῆς τοῦ διαδόλου ἀπάτης τὸ κέρδος· αὐτῆς τῆς συμβουλῆς ἡ ἐκείνου ἡ μηχανή, τὸ μὴ μόνον τὰ μείζονα μὴ προξενῆσαι, ἀλλὰ καὶ τῶν ὄντων γυμνὸν καὶ ἐρημον ἀποφῆναι. Ἐπεὶ οὖν ἡ τοιαύτη πρόφασις τῆς βρώσεως τὴν παρακοὴν εἰργάσατο, διὰ τοῦτο φησὶ ἡ Γραφή, *Καὶ ἔφαγον, καὶ διηγοίχθησαν· αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοὶ*, οὐ περὶ τῶν αἰσθητῶν ὀφθαλμῶν φάσκουσα, ἀλλὰ περὶ τῆς κατὰ διάνοιαν αἰσθησεως. Ἐπειδὴ γὰρ παρέδωσαν

τὰ προστεταγμένα, αἰσθάνεσθαι αὐτοὺς λοιπὸν ἐποίησαν, ὡν πρότερον οὐκ ἐλάμβανον αἰσθησιν διὰ τὴν εὐνοίαν, ἣν περὶ αὐτοὺς ὁ Δεσπότης ἐπέδεικνυτο. Ὅταν οὖν ἀκούσης, ὅτι *διηγοίχθησαν αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοὶ*, τοῦτο νόει, ὅτι παρεσκευάσεν αὐτοὺς αἰσθησιν λαβεῖν λοιπὸν τῆς γυμνότητος, καὶ τῆς ἐκπτώσεως τῆς δόξης, ἧς πρὸ τῆς βρώσεως ἀπῆλαυον. Ὅτι δὲ τοῦτο τῆς Γραφῆς ἔστι τὸ ἔθος, ἀκουε αὐτῆς καὶ ἀλλαγοῦ λεγουσῆς· ἦνίκα γὰρ ἡ παιδισκὴ τῆς Σάρρας ἀποδιδράσκουσα τὴν δεσποτείαν ἐπλανᾶτο, βίβασα τὸ παιδίον πλησίον μηδὲ ἐλάττης, ἀπὸ διαστήματος περιεσκόπει τοῦτου τὴν τελευτήν, καὶ φησὶ· *Διήνοιξεν ὁ Θεὸς τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς Ἄρας*, οὐκ ἐπειδὴ πρὸ τούτου οὐκ ἔβλεπεν, ἀλλ' ὅτι τὴν διάνοιαν αὐτῆς διήγειρεν. Ὅρας ὅτι τὸ, *διήνοιξεν*, οὐ περὶ τῶν σωματικῶν ὀφθαλμῶν λέγει, ἀλλὰ περὶ τῆς αἰσθησεως τῆς κατὰ διάνοιαν;

Τὸ αὐτὸ ἂν εἴποιμεν καὶ περὶ τοῦ ἐτέρου ζητήματος τοῦ ἐντεῦθεν ἀνακύπτοντος. Φασὶ γάρ· Διὰ τί τὸ ξύλον γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ καλεῖται; Καὶ γὰρ πολλοὶ τῶν φιλονεικῶς διακειμένων λέγειν ἐπιχειροῦσιν, ὅτι μετὰ τὴν βρῶσιν τοῦ ξύλου τὴν γνῶσιν ἔσχεν ὁ Ἀδάμ τοῦ διακρίνειν τὸ καλὸν καὶ τὸ χεῖρον· τοῦτο δὲ τῆς ἐσχάτης ἂν εἴη ἀνοίας. Διὰ τοῦτο γὰρ πρῶην ταῦτα προοῦσαι, τοσαῦτα περὶ τῆς σοφίας τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ παρασχεθείσης τῷ ἀνθρώπῳ διεξήλθομεν, δεικνύντες ταύτην ἐκ τῆς τῶν ὀνομάτων θέσεως, ἣν τοῖς θηρίοις πᾶσι, καὶ τοῖς πετεινοῖς, καὶ τοῖς ἀλόγοις ἐπέθηκεν, καὶ ὅτι μετὰ τῆς ἀφάτου ταύτης σοφίας καὶ προφητικῆς χάρισματος ἦν ἠξιωμένος, ἵνα μηδὲν ἐξῆ τοῦτο λέγειν. Ὁ τοίνυν καὶ τὰς προσγορίας ἐπιθείς, καὶ προφητεύσας τὴν οὕτω θαυμαστὴν προφητείαν περὶ τῆς γυναικὸς, καθάπερ ἤδη εἰρήκαμεν, πῶς ἂν ἠγνοεῖ τί μὲν καλὸν, τί δὲ πονηρὸν; Εἰ γὰρ δὴ τοῦτο καταδεξώμεθα (ὃ μὴ γένοιτο), πάλιν εἰς τὸν Δημιουργὸν τὰ τῆς βλασφημίας μετενεχθήσεται. Πῶς γὰρ καὶ ἐντέλλετο ἀγνωοῦντι, [151] ὅτι κακὸν ἡ παράδοσις; Ἄλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, μὴ γένοιτο· ἀλλ' ἦδει σαφῶς. Διὰ γὰρ τοῦτο ἐξ ἀρχῆς αὐτεξούσιον τοῦτ' ἐκ τοῦ ζῶον κατασκευάσαν. Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἦν, οὔτε παραδάντα τὴν ἐντολὴν κλάσθησαν ἔδει, οὔτε φυλάξαντα ἀποδοχῆς ἀξιοθῆναι. Ὅτι γὰρ διὰ τὴν παράδοσιν θνητὸς γέγονε, δῆλον καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς ἐντολῆς, καὶ ἐκ τῶν μετὰ ταῦτα συμβάντων. Ἄκουε γὰρ αὐτῆς τῆς γυναικὸς λαλοῦσης· τῷ ὄρει· *Ἀπὸ καρποῦ τοῦ ξύλου τοῦ ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου*, εἶπεν ὁ Θεός, *οὐ μὴ φάγεσθε ἀπ' αὐτοῦ, ἵνα μὴ ἀποθάνητε*. Ὅστε πρὸ τῆς βρώσεως ἀθάνατοι ἐτύγχανον· εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν μετὰ τὴν βρῶσιν ἐν τάξει τιμωρίας αὐτοῖς ἐπήγαγε τὸν θάνατον.

ς'. Τίς ἂν οὖν ἀνάσχοιτο τῶν λέγειν βουλομένων, ὅτι μετὰ τὴν ἀπὸ τοῦ ξύλου βρῶσιν ἔσχε τὴν γνῶσιν τοῦ τε καλοῦ καὶ τοῦ πονηροῦ ὁ ἀνθρώπος, ὅποτε καὶ πρὸ τῆς βρώσεως τοσαύτης ἦν σοφίας πεπληρωμένος, καὶ μετὰ τῆς σοφίας καὶ προφητικῆς χάρισματος ἠξιωμένος; Καὶ πῶς ἂν ἔχοι ταῦτα λόγων, αἴγας μὲν καὶ πρὸβατα, καὶ πᾶσαν τὴν τῶν ἀλόγων φύσιν εἰδέναι, πῶς μὲν βοτάνῃ πρὸς τροφὴν ἐπιτηδεῖα, πῶς δὲ ὀλιθρία, καὶ τῶν μὲν ἀπέχεσθαι μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς, ταῖς δὲ ἐπιτρέχειν· τὸν δὲ ἀνθρώπον, τὸ λογικὸν ζῶον, ἀγνοεῖν τί μὲν καλὸν, τί δὲ πονηρὸν; Ἄλλ' ἴδου, φησὶ, ξύλον γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ αὐτὸ ἐκάλειεν ἡ Γραφή. Οἶδα κάγω· ἀλλ' ἵδαν τὰ ἰδιώματα τῆς βλασφημίας· μαθεῖν βουλοθῆς, εἴση τίνας ἔνεκεν τὴν ὀνομασίαν ταύτην ἐπέθηκε τῷ ξύλῳ. Οὐ γὰρ ἐπειδὴ αὐτὸ τὴν γνῶσιν παρεῖχεν, οὕτως ἐκαλεῖτο· ἀλλ' ἐπειδὴ περὶ

* Savil. et plerique mss. τὸ παρακρινῆσαι. ὁ παρὰ τοῦ Colbert. unus γυμνοῦ καὶ ἐρήμου ἀπόρ. ὁ Colsim. ἔφαγον καὶ ἐνηλόγησαν, καὶ διηγοίχθησαν.

αὐτὸ γέγονεν ἡ παράβασις τῆς ἐντολῆς, καὶ ἐξ ἐκείνου λοιπὸν τῆς ἀμαρτίας ἐπεισῆλθεν ἡ γνώσις, καὶ ἡ αἰσχύνῃ. διὰ τοῦτο οὕτως ἐκέκλητο *· Ἔθος γὰρ τῇ θεῇ Γραφῇ ἀπὸ τῶν συμβαινόντων πραγμάτων τὴν ὀνομασίαν τοῖς τόποις ἐπιτιθεῖναι, ἔνθα ἂν συμβαίη τὰ πράγματα. Διὰ τοῦτο οὖν καὶ τὸ ξύλον γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ ὠνόμασεν ἡ θεία Γραφή, ἐπειδὴ περὶ αὐτὸ ἦν ἡ παράβασις καὶ ἡ φυλακὴ τῆς ἐντολῆς. Ὁ γὰρ φιλόανθρωπος Δεσπότης ἐξ ἀρχῆς καὶ ἐκ προοιμίων παιδεύων τὸν ἄνθρωπον, καὶ διδάξαι βουλόμενος αὐτὸν, ὅτι ἔχει δημιουργὸν καὶ ποιητὴν τὸν τὰ ὀρώμενα πάντα παραγαγόντα, καὶ αὐτὸν διαπλάσαντα, διὰ τῆς μικρᾶς ταύτης ἐντολῆς τὴν οικίαν αὐτῷ δεσποτεῖαν δεικνύναι ἐδούλοτο· καὶ ὡσανεὶ δεσπότης φιλότιμος οἶκον μέγαν καὶ θαυμαστὸν τινι παρεσχηκώς πρὸς ἀπόλαυσιν, οὐ τὴν ἀξίαν τιμῆν, ἀλλὰ βραχὺ τι μέρος λαμβάνειν βούλεται, ὥστε καὶ αὐτῷ τὰ τῆς δεσποτείας φυλάττεσθαι, κἀκεῖνον ἀκριβῶς εἰδέναι, ὡς οὐ τῆς κτήσεως ὁ δεσπότης ἐστίν, ἀλλὰ χάριτι καὶ φιλοτιμίᾳ τῆς χρήσεως ἀπολαύει· οὕτω καὶ ὁ Δεσπότης ὁ ἡμέτερος· πάντα τὰ ὀρώμενα ἐμπιστεύσας τῷ ἄνθρωπῳ, καὶ τὴν ἐν τῷ παραδείσῳ διαγωγὴν, καὶ πάντων τῶν ἐν αὐτῷ παρεσχηκώς ἃ τὴν ἀπόλαυσιν, ἢ μὴ κατὰ μικρὸν ὑποσυριεὶ τὴν διάνοιαν, νομίση αὐτόματα εἶναι τὰ ὀρώμενα, καὶ πλέον τι τῆς οικείας ἀξίας φαντασθῆ, [152] κελεύει τοῦ ἐνδὸς ἀπέχεσθαι ξύλου, σφοδρὸν τὸ ἐπιτιμίον ὀρίσας, εἰ παραδαίη, ἵνα εἰδέναι ἔχη, ὡς ὑπὸ δεσπότην ἐστὶ, καὶ ὅτι καὶ τῶν λοιπῶν μετέχει διὰ τὴν τοῦ δεσπότητος φιλοτιμίαν. Ἄλλ' ἐπειδὴ πολλῇ τῇ ἀπροσεξίᾳ χρυσάμενος, ἅμα τῇ γυναικὶ εἰς τὴν δίστιον τοῦτον κατέπεσον ἐκ τοῦ παραδῆναι τὴν δοθεῖσαν ἐντολὴν, καὶ τοῦ ξύλου ἀπογεύσασθαι, διὰ τοῦτο ξύλον αὐτὸ γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ ὠνόμασεν. Οὐκ ἐπειδὴ πρὸς τοῦτο ἠγγόνει τὸ καλὸν καὶ τὸ πονηρὸν (οὕτω γὰρ οὐκ ἠγγόνει, ὡς τὴν γυναῖκα πρὸς τὸν ὄφιν διαλεγομένην εἰπεῖν, *Εἶπεν ὁ Θεός, Οὐ φάγεσθε ἀπ' αὐτοῦ, ἵνα μὴ ἀποθάνητε*· ὥστε ἤδει ὅτι τιμωρία ὁ θάνατος ἦν, εἰ παραδῶσι τὴν ἐντολὴν), ἀλλ' ἐπειδὴ μετὰ τὴν τούτου βρώσιν καὶ τῆς ἀνωθεν ἐγμυνώθησαν δόξης, καὶ τῆς αἰσθητῆς γυμνώσεως πεῖραν ἔλαβον, διὰ τοῦτο γνωστὸν αὐτὸ καλοῦ καὶ πονηροῦ ὠνόμασεν, ἐπειδὴ περὶ αὐτὸ, ὡς ἂν εἴποι τις, ἡ γυμνασία ἦν τῆς ὑπακοῆς καὶ τῆς παρακοῆς.

Ἐμάθετε τίνος ἔνεκεν εἶπεν, ὅτι *Διηνοίχθησαν αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοί, καὶ ἔγνωσαν ὅτι γυμνοὶ ἦσαν*; Ἐγνώτε τίνος ἔνεκεν γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ καλεῖται τὸ ξύλον; Ἐνόησον γὰρ ὅσης αἰσχύνῃς πλήρεις γεγόνασι λοιπὸν, μετὰ τὴν τούτου βρώσιν παραβάντες τὴν ἐντολὴν τοῦ Δεσπότητος· *Ἐβράβησαν γὰρ φύλλα συκῆς· καὶ ἐποίησαν ἑαυτοὺς περιζώματα*. Ὅρα ἀφ' οἷας δόξης εἰς οἷαν εὐτέλειαν κατηνέχθησαν. Οἱ πρὸς τοῦτον καθάπερ ἐπίγειοι ἄγγελοι διάγοντες, τὴν ἀπὸ τῶν φύλλων σκέπτην ἑαυτοῖς ἐπινοοῦσι. Τασοῦτόν ἐστιν ἀμαρτία κακόν. Οὐ μόνον γὰρ τῆς ἀνωθεν εὐνοίας ἡμᾶς ἀφίστησιν, ἀλλὰ καὶ εἰς πολλὴν ἡμᾶς αἰσχύνῃν καὶ ταπεινότητα κατάγει, καὶ τῶν ἤδη ὑπερηγμένων ἀγαθῶν ἀποστέρησασα, πᾶσαν ἡμῶν ἀφαιρεῖται τὴν παρρησίαν. Ἄλλ' ἵνα μὴ δι' ὅλου σκυθρωπὸν ποιῶμεν τὸν λόγον, τὴν ἀμαρτίαν περιστρέφοντες, τὴν ἀπὸ τῆς τοῦ ξύλου βρώσεως καὶ τῆς παρακοῆς καταλάβουσι τὸν ἄνθρωπον, φέρε, εἰ δοκεῖ, ἀπὸ τοῦ ξύλου

τούτου ἐφ' ἕτερον μεταγάγωμεν τὸν λόγον, ἀπὸ τοῦ ξύλου τούτου ἐπὶ τὸ ξύλον τοῦ σταυροῦ, καὶ ἴδωμεν τίνα μὲν τοῦτο εἰσῆγαγε τὰ κακὰ, τίνα δὲ ἐκείνο προσέξηνεν τὰ ἀγαθὰ· μᾶλλον δὲ οὐδὲ τὸ ξύλον εἰσῆγαγε τὰ κακὰ, ἀλλ' ἡ προαίρεσις ἡ βλάβος καὶ ἡ καταφρόνησις, ἦν περὶ τὴν ἐντολὴν ἐπεδείξατο. Ἐκείνο τὸ ξύλον θάνατος ἐπεισήγαγε· μετὰ γὰρ τὴν παράβασιν ὁ θάνατος ἐπεισῆλθεν· ἀλλὰ τοῦτο τὴν ἀθανασίαν ἔχαριστο· ἐκείνο παραδείσου ἐξέβαλε, τοῦτο εἰς οὐρανοὺς ἡμᾶς ἀνήγαγεν· ἐκεῖνο διὰ μίαν παράβασιν τοσαύτη τιμωρίᾳ ὑπέυθυνον τὸν Ἄδᾶμ κατέστησε· τοῦτο τὰ μυρία ἡμῶν φορτία τῶν ἀμαρτημάτων ἀφανίσαν, τὴν πρὸς τὸν Δεσπότην ἡμῶν παρρησίαν δεδώρηται. Εἶδετε ξύλου καὶ ξύλου διαφορὰν; εἶδετε διαδόλου κακουργίαν, καὶ ἀνθρώπου βραθυμίαν, καὶ Δεσπότητος φιλανθρωπίαν; Καθοσιώσωμεν τοῖνυν, παρκαλῶ τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, ἑαυτοὺς τῷ ὄπλῳ τοῦ ζωοποιῦ τούτου ξύλου, καὶ νεκρώσωμεν τὰ ψυχοφθόρα πάθη τῆς τούτου δυνάμει, καθὼς καὶ ὁ Ἀπόστολος οὕτως ψησιν· *Οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν σὺν τοῖς παθήμασι καὶ τῷ ἐπιθυμίαις*. Ὁ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· [153] Οἱ ὀλικῶς ἀναθέντες ἑαυτοὺς τῷ Χριστῷ, ἀπενέκρωσαν πᾶσαν ἐπιθυμίαν ἄστοπον ἐπιθυμομένην τῇ σαρκί, πρὸς τὸ λυμῆνασθαι πάσας τὰς τῆς ψυχῆς ἐνεργείας. Τούτοις οὖν καὶ ἡμεῖς κατακολουθοῦντες, ἀνεκέρητα ἡμῶν κατασκευάσωμεν τὰ μέλη πρὸς τὴν τυραννίδα τὴν ἐκ διαβολικῆς ἐνεργείας ἡμῖν ἐπανισταμένην, ἵνα καὶ ἐν τῷ παρόντι βίῳ ἀταράχως διαπλεύσωμεν τὸ ζαλιώδες τοῦτο καὶ ἐπικίνδυνον πέλαγος, καὶ εἰς τοὺς γαληνοὺς λιμένας ἰ κατανηθάντες τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας, ἐπιτυχῶν ἀξιωθῶμεν τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ ΙΖ'.

Καὶ ἤκουσαν τῆς φωνῆς Κυρίου τοῦ Θεοῦ περιπατοῦντος ἐν τῷ παραδείσῳ τὸ δειλινόν.

α'. Ἰκανῶς, οἶμαι, κατὰ δύναμιν τὴν ἡμετέραν πρῶην τὴν διὰ τοῦ ξύλου ἔρμηθλομεν διεξήλθομεν, διδάξαντες τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, τίνος ἔνεκεν γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ αὐτὸ ἐκάλεσεν ἡ θεία Γραφή· διὸ βούλομαι σημερον τοῖς ἐξῆς ἐπεξελθεῖν, ἵνα μάθητε τοῦ Θεοῦ τὴν ἄφατον ἢ φιλανθρωπίαν, καὶ ὅση κέχρηται συγκαταβάσει διὰ τὴν περὶ τὸ γένος τὸ ἡμέτερον κηδεμονίαν. Πάντα γὰρ ἐποίησε καὶ ἐπραγματεύσατο, ὥστε τὸ ζῶον τοῦτο τὸ λογικόν τὸ ὑπ' αὐτοῦ δημιουργηθὲν ἐν πάσῃ τιμῇ τυγχάνειν, καὶ κατὰ μὴδὲν ἐλαττωθῆναι τῆς τῶν ἀγγέλων διαγωγῆς, ἀλλὰ καὶ ἐν σώματι τὴν ἐκείνου ἀπάθειαν κητέσθαι. Ἐπειδὴ δὲ διὰ βραθυμίας εἶδε παραβάντας ἀμωρότερους τὰ ὑπ' αὐτοῦ προστεταγμένα, καὶ ταῦτα προαναστειλαντος αὐτοῦ διὰ τῆς ἀπειλῆς, καὶ ἀσφαλεστέρους ἐργασάμενον, οὐδὲ οὕτως ἵσταται τῆς φιλανθρωπίας τῆς ἑαυτοῦ, ἀλλὰ τὴν οικίαν ἀγαθότητα μιμούμενος, καθάπερ πατὴρ φιλόστοργος τὸν ἑαυτοῦ παῖδα ὄρων διὰ βραθυμίας ἀνάξια τῆς ἑαυτοῦ εὐγενείας διαπραττόμενον, καὶ ἀπὸ τῆς ἀνωτάτω τιμῆς εἰς ἐσχάτην εὐτέλειαν κατενεχθέντα, τοῖς πατρικοῖς σπλάγγχοις διαθερμαινόμενος, οὐδὲ οὕτως αὐτὸν περιδεῖν ἀνέχεται, ἀλλὰ πάλιν τὰ παρ' ἑαυτοῦ ἐπιδείκνυται, βουλόμενος κατὰ μικρὸν τῆς εὐτελείας ἐκείνης ἀπαλλάξαι, καὶ εἰς τὴν ἀρχαίαν ἀναγαγεῖν τιμὴν. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ὁ ἀγαθὸς Θεὸς οἰκτεῖρας τὸν ἄνθρωπον τῆς ἐπιβουλῆς, ἧς ὑπέμεινε συναπατηθεὶς τῇ γυναικί, καὶ δεξάμενος τὴν τοῦ διαδόλου συμβουλήν τὴν διὰ τοῦ θφωος, καθάπερ ἱατρός πρὸς ἀρρώστούντα καὶ κάμνοντα καὶ κείμενον, καὶ δέομενον πολλῆς τῆς θεραπείας καὶ τῶν τοῦ ἱατροῦ χειρῶν, παραγίνεται εὐθέως πρὸς αὐτόν. Ἄλλ' ἵνα καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν βημάτων

* Octo mss. οὕτως ἐκαλεῖτο. Paulo post unus Reg. τοῖς τόποις τίθεται. ὁ Sic Savil. et Morel. Quinque mss. περὶ αὐτοῦ. ὁ Omnes fere οὐ τῆς κτήσεως. Morel. οὐ τῆς κτήσεως. ὁ Παιροσχηκῶς αἰτιε τὴν ἀπόλαυσιν decal in Morel, sed habetur in omnibus fere manuscriptis. ὁ Tres mss. ἐγμυνώθησα. χερίτος τε φωνῆς, καὶ τῆς αἰσθητῆς γνώσεως, περὶαν.

ἰ Colhert. εἰς τοὺς εὐδαίους λιμένας. Savil. εὐδαίους et in περὶ τοῦ marg. εὐδαίονος. ὁ Quinque mss. τὴν ξύλου. ὁ In Morel. ἀφατον deest. Sed in omnibus pene aliis habetur.

mandati, et ex illo postea intravit peccati cognitio atque pudor, propterea sic appellatum est. Mos enim divinæ Scripturæ est, a rebus accidentibus nomina locis imponere, ubi res contingunt. Eaque propter lignum hoc vocavit Scriptura divina lignum scientiæ boni et mali, quia circa illud transgressio et observatio mandati erat. Benignus enim Dominus a principio docere volens hominem, conditorem et factorem suum esse visibilibus omnium Opificem, qui ipsum formavit, per parvum istud mandatum ostendere voluit se dominum esse; et quasi liberalis dominus, magnam et admirabilem quamdam domum aliqujus usui donans, et non totum pretium, sed aliquantulam ejus partem accipere vult, ut domini jus salvum sibi maneat, et ille interim sciat, se non ædificii¹ dominum esse, sed gratia et beneficentia domini illo frui: sic utique et Dominus noster, cum visibilia hæc omnia homini concederet, et præstaret illi ut versaretur in paradiso, et frueretur omnibus quæ in illo erant, ut ne paulatim seductus animo putaret res, quæ sub aspectum cadunt, automata esse, deque sua dignitate altius quidpiam sentiret, jussit ab uno ligno abstinere, magna definita pœna, si hoc transgrediretur, ut scire posset, se dominum habere, cujus liberalitate etiam cæteris rebus frueretur. Verum quia multum inconsiderate se gerens una cum uxore in tantam ruinam concidit, quod præceptum transgressus esset, et de ligno gustasset, ideo lignum ipsum scientiæ boni et mali nominavit. Non quod antea ignoraverit bonum et malum: nam sic non ignoravit, ut serpenti mulier dixerit: *Dixit Deus, Ne comedatis ex illo, ne moriamini*; itaque sciebat mortem pœnam esse, si mandatum transgredirentur: sed quia post hujus esum et superna gloria spoliati, et sensibilem nudationem experti sunt², ideo vocavit lignum scientiæ boni et mali: erat enim circa illud quasi quædam obedientiæ exercitatio.

Moralis exhortatio. — Didicistis quare dixit: *Aperti sunt oculi illorum, et cognoverunt quod nudi erant? Cognovistis quare lignum hoc scientiæ boni et mali vocetur? Cogita enim quanto pudore affecti sunt post hujus esum, cum transgressi fuissent præceptum Domini: Consuerunt enim folia ficus, et fecerunt sibi succinctoria.* Vide a quanta gloria in quantam vilitatem deducti sint. Qui antea quasi terrestres angeli vivebant, tegmen sibi ex foliis excogitant. Tantum malum est peccatum. Non solum enim nos a superna benevolentia alienos facit, sed et ad multum pudorem et vilitatem deducit: et cum nos privat bonis quæ jam possidebamus, omnem etiam fiduciam auferit. Sed ne sursum deorsumque versando peccatum, quod per esum ligni et inobedientiam hominem deiecit, luctuosior evadat oratio: age, si placet, ab hoc ligno ad aliud, nempe ad lignum crucis, sermonem vertamus, et videamus quænam mala illud intulit, et quæ bona istud conciliavit; imo non lignum

attulit mala, sed voluntas segnis, et contemptus præcepti. Lignum illud mortem introduxit: nam post prævaricationem mors intravit, sed istud immortalitatem largitum est; illud e paradiso eiecit, istud in cælos nos reduxit; illud propter unam transgressionem tanti supplicii reum Adam fecit, istud nos plurimis peccatorum sarcinis exoneravit, fiduciamque ad Dominum nobis concessit. Vidistis ligni et ligni differentiam? vidistis diaboli malignitatem, hominis peccatum, et Domini misericordiam? Armemus itaque nos ipsos, obsecro, carissimos, armis ligni hujus vivifici, ipsiusque virtute perniciosos animo affectus mortificemus; uti et apostolus Paulus his verbis monet: *Qui vero sunt Christi, carnem crucifixerunt cum affectibus et concupiscentiis (Gal. 5. 24).* Quod autem dicit, est hujusmodi: Qui se totos Christo dedicarunt, absurdam omnem concupiscentiam mortificaverunt in carne subortam, ut omnes animi corrumpat operationes. Hos igitur et nos imitantes, membra nostra ad bellum instruamus adversus tyrannidem ex diabolica operatione in nos insurgentem, ut et in præsentī vita turbulentum hoc et periculosum mare intrepide trajiciamus, et ad divinæ benignitatis tranquillissimos portus pervenientes, bona Deum diligentibus promissa consequi valeamus, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria cum Patre et sancto Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XVII.

Et audiverunt vocem Domini Dei deambulantis in paradiso in meridie (a) (Gen. 3. 8).

1. Satis, opinor, pro nostra virili nuper locum de ligno interpretati sumus, docentes caritatem vestram, quare divina Scriptura lignum cognoscendi bonum et malum ipsum vocarit: proinde hodie animus est ad sequentia pergere, ut discatis ineffabilem Dei benignitatem, et quanta sermonis attemperatione usus sit nostræ naturæ providentiam et curam habens. Omnia enim fecit et operatus est, ut rationale hoc animal a se conditum, in omni honore esset, et in nullo angelorum vita deterius foret, sed et in corpore illorum possideret impassibilitatem. Cæterum ut vidit utroque peccando transgressos per negligentiam ea quæ a se præcepta erant, idque postquam minis eos repræserat, ut tutiores redderet, ne sic quidem a benignitate sua cessat, sed semper sui similis, quemadmodum clementissimus pater filium indignum quid nobilitate sua per negligentiam commisisse, et a summo honore in extremam vilitatem redactum videns, paternis visceribus commotus, non illum auxilio destitutum sinit, sed iterum suum agit officium, ut paulatim ipsum a vilitate illa liberatum, pristinæ restituit dignitati. Simili modo bonus Deus misertus est hominis, cum uxore sua diaboli insidiis circumventi, cujus per serpentem consilium acceperat: veluti medicus ad infirmum, et ægrotantem, jacentem, indigentemque curam et medici manu, protinus accedit. Sed ut et ex verbis

¹ Omnes fere habent, *creationis*.

² Tres mss. legunt, *gratia et gloria spoliati se nosse sensibilibus caperunt*.

(a) Hic Coislin. et quatuor alii Codd. Scripturæ textum longe proseguuntur.

discatis quam ineffabilis sit Dei benignitas, opera pretium fuerit audire quæ lecta sunt. *Et audierunt, inquit, vocem Domini Dei deambulantis in paradiso ad meridiem, et delituerunt tam Adam, quam uxor illius a facie Domini in medio ligni paradisi.* Ne inconsideranter, dilecti, prætereamus quæ a divina Scriptura dicta sunt, neque in verbis ipsis hæreamus, sed consideremus ob nostram imbecillitatem tantam licet adhiberi verborum humilitatem, et ob salutem nostram omnia ut Deo dignum est agi. Nam si vellemus verba ut sunt pronuntiata sectari, et non indigne, ut de Deo loquentes decet, exponere, dic, quæso, annon multa hinc sequerentur absurda? Ecce enim statim ex iis quæ principio lecta sunt, hoc spectare licet. *Et audierunt vocem Domini Dei ambulantis in paradiso ad meridiem, et delituerunt.* Quid dicis? an deambulat Deus? an pedes ipsi tribuimus, et de eo nihil sublime cogitabimus? Non ambulat Deus: absit. Quomodo enim ambularet, qui ubique præsens est, et omnia implet? cui cælum thronus, et terra scabellum (*Isai. 66. 1*), ipse in horto continetur? Quis cordatus hoc diceret? Quid igitur est, *Audierunt vocem Domini Dei deambulantis in horto ad meridiem?* In sensum mali illos deducere voluit, ut in magno mentis angore constituerentur: id quod et factum est. Tanto siquidem sensu affecti sunt, ut cum advenisset Deus, sese occultare conati sint. Mox enim ut intravit peccatum, et prævaricatio, pudor ac verecundia illos invasit.

Conscientia incorruptus iudex. Conscientiæ opus. — Quippe iudex incorruptus, conscientiam dico, cum adversus hominem exurgeret, clara voce clamabat, accusabat et ostendebat, et quasi ante oculos scribebat ipsis peccatorum magnitudinem. Ideo enim benignus Dominus principio cum formaret hominem, conscientiam illi indidit accusatricem perpetuam, quæ decipi et fallaciam ferre posset numquam. Et licet quis admissio peccato, perpetratoque aliquo facinore illicito, omnes homines celet, illam tamen accusatricem non poterit latere, sed quocumque abeat, illam perpetuo intra se habet obturbantem, laniantem, flagellantem, numquam quiescentem: sed et domi, et in foro, et in cœtibus, et in mensa, et dormientem, et surgentem odoritur, rationem delictorum exigit, obque oculos ponit et delictorum gravitatem, et subsequitur poenam, et quasi medicus optimus non cessat sua medicamenta apponere: et si semel depellatur, neque sic desistit, sed continuam sollicitudinem gerit.

2. Hoc enim conscientiæ opus est, ut jugiter memoriam ingerat, nec permittat unquam in factorum oblivionem nos venire: sed ob oculos proponat, ut vel hac ratione nos tardiores faciat, ne in eadem peccata prolahamur. Nam si cum ex conscientia tantum nobis sit subsidii, et tantum adjutorii, et si hanc habentes vehementer accusatricem, quæ nostram mentem flagellet, et cor lancinet, et quovis carnifice gravius instet, plerique neque sic ignaviam vincimus: si hoc destitueremur subsidio, quo non tunc statim excideremus? Propterea primigenius homo ut illum sensuum accepit, adventum Domini secum cogitans,

statim se occultavit. Quare, dic, oro? Quoniam videbat sibi trucem adstare accusatorem, conscientiam dico. Neque enim alium ullum objurgatorem habebat et testem peccatorum, sed unicum illum quem intrinsecus circumferebat. Atamen præter conscientiæ accusationem, etiam privatio gloriæ, quæ illos antea quasi vestimentum fulgidum ambiabat, docebat illos per ipsam nuditatem admitti peccati magnitudinem. Itaque quia post grave peccatum illud pudore circumfusi erant, delitescere tentaverunt. *Audierunt enim, inquit, vocem Domini Dei deambulantis in horto ad meridiem, et occultaverunt se tam Adam, quam uxor ejus a facie Domini Dei in medio paradisi.*

Nihil peccato pejus. — Nihil peccato pejus, dilecte: ipsum enim ut introierit, non solum pudore nos replet, sed et insipientes reddit eos qui antea intellectu et sapientia multa præditi fuerant. Animadvertite, obsecro, quam insipienter agit nunc, qui antea tanta pollebat sapientia, qui ex actis ipsis traditam sibi sapientiam nobis declarabat, qui talia prophetabat. *Audita voce Domini Dei deambulantis in horto ad meridiem, occultavit se tam ipse quam uxor ipsius a facie Domini Dei in medio ligni paradisi.* Quantæ hoc est insipientiæ, quod a Deo, qui ubique præsens est, a Creatore, qui ex nihilo res ut essent produxit, qui abscondita scit (*Psal. 32. 15*), qui finxit sigillatum corda hominum, et intelligit omnia opera eorum, qui scrutatur corda et renes (*Psal. 7. 10*), qui etiam ipsos cordis motus cognoscit, abscondere se conentur (*Psal. 43. 22*)? Sed ne mireris, dilecte: talis enim peccantium consuetudo est, ut tametsi occultari non possint, occultari tamen velint, et studeant. Ut autem scias eos non ferentes pudorem, quo post peccatum sese suffuderant, nudati incorruptibili illa gloria, hoc fecisse, considera ubi occultentur; in medio paradisi. Nam sicut verberones et ingrati quidam famuli, cum non possint se ab hero suo occultare, huc et illuc in angulos domus currere solent, metu illorum animum concutiente: ita et hi nullum inveniunt effugium, in ipsa domo, paradiso, inquam, circumaguntur. Nec absque ratione tempus assignat: *Audierunt enim, inquit, vocem Domini Dei deambulantis in paradiso in meridie:* sed ut discas Domini benignitatem, quod ne modicum quidem distulerit, sed mox, ut vidit quod factum erat, et ulceris magnitudinem, ad opitulandum festinaverit, ut ne ulcus grassando fieret incurabile vulnus: idcirco ut præveniat accelerat, et velociter crescenti ulceri adest, ac pro sua bonitate neque ad parvum tempus a cura sua illum destitutum relinquit. Nam tantam præ se ferebat rabiem salutis nostræ inimicus, qui semper nostris bonis invidet, ut mox sub initium moliretur insidias, et suo pernicioso consilio ipsos admirabili illa vita privaret. Sed solers ille artifex Deus, qui sua sapientia res nostras dispensat, videns diaboli malignitatem, et hominis segnitiam, quæ per mulierem deceptus, in tantam incidit confusionem, mox adest, et quasi mansuetus et benignus iudex in tribunali terrore et horrore pleno sedet, et examinat diligenter: per hoc nos docendo, ne congeneres no-

μάθητε τὴν ἄφατον τοῦ Θεοῦ συγκατάβασιν, ἀναγκαῖον ἀκούσαι τῶν ἀνεγνωμένων. *Καὶ ἤκουσαν*, φησί, τῆς φωνῆς Κυρίου τοῦ Θεοῦ περιπατοῦντος ἐν τῷ παραδείσῳ τὸ δειλινόν, καὶ ἐκρύθησαν ὁ τε Ἀδὰμ [154] καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἀπὸ προσώπου Κυρίου ἐν μέσῳ τοῦ ἔξλου τοῦ παραδείσου. Μὴ ἀπλῶς παραδράμωμεν, ἀγαπητοί, τὰ εἰρημένα παρὰ τῆς θείας Γραφῆς, μηδὲ ταῖς λέξεσιν ἑναπομείνωμεν, ἀλλ' ἐνοῶμεν. ὅτι διὰ τὴν ἀσθένειαν τὴν ἡμετέραν ἡ ταπεινότης τῶν λέξεων ἄγκυται, καὶ θεοπρεπῶς ἅπαντα γίνεται διὰ τὴν σωτηρίαν τὴν ἡμετέραν. Εἰπέ γάρ μοι, εἰ βουλευθείμεν ἢ τῇ προφορᾷ τῶν ῥημάτων κατακολουθήσαι, καὶ μὴ θεοπρεπῶς ἐκλαβεῖν τὰ λεγόμενα, πῶς οὐ πολλά εἴχεται τὰ ἄποκα; Ἰδοὺ γὰρ ἐξ αὐτοῦ τοῦ προοιμίου τῶν ἀνεγνωμένων σκοπήσωμεν. *Καὶ ἤκουσαν*, φησί, τῆς φωνῆς Κυρίου τοῦ Θεοῦ περιπατοῦντος ἐν τῷ παραδείσῳ τὸ δειλινόν, καὶ ἐκρύθησαν. Τί λέγεις; ὁ Θεὸς περιπατεῖ; καὶ πόδας αὐτῷ περιάφομεν; καὶ οὐδὲν ὑψηλὸν ἐκ τούτου ἐνοήσομεν; Οὐ περιπατεῖ ὁ Θεός· μὴ γένοιτο. Πῶς γὰρ ἂν, ὁ πανταχοῦ παρῶν καὶ τὰ πάντα πληρῶν; οὐ ὁ οὐρανὸς θρόνος, ἢ δὲ γῆ ὑποπόδιον, οὗτος τῷ παραδείσῳ ἐμπεριέχεται; Καὶ τίς ταῦτα ἂν εἴποι τῶν νοῦν ἔχόντων; Τί οὖν ἐστὶ τὸ, *ἤκουσαν τῆς φωνῆς Κυρίου τοῦ Θεοῦ περιπατοῦντος ἐν τῷ παραδείσῳ τὸ δειλινόν*; Αἰσθησιν αὐτοῖς τοιαύτην ἡβουλήθη παρασχεῖν, ἵνα εἰς ἀγωνίαν αὐτοῖς ἐμβάλῃ· ὃ δὴ καὶ γέγονε. Τοσαύτην γὰρ ἔσχον ἢ τὴν αἰσθησιν, ὡς τοῦ Θεοῦ παραγενομένου κρύπτεσθαι ἐπιχειροῦν. Ἐπεισῆλθε γὰρ ἡ ἀμαρτία καὶ ἡ παράβασις, καὶ κατεσκέδασθη αὐτοῖς ἡ αἰσχύνη.

Ὁ γὰρ ἀδέκαστος δικαστής, τὸ συνειδὸς λέγω, κατεξαιστανόμενος λαμπρᾷ τῇ φωνῇ ἔβρα, καὶ κατηγορεῖ, καὶ εἰδείκνυ, καὶ ὡσανεὶ πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ὑπέγραφεν αὐτοῖς τῶν ἀμαρτημάτων τὸ μέγεθος. Διὰ τοῦτο γὰρ ὁ φιλόφρων Δεσπότης ἄνωθεν καὶ ἐκ προοιμίων διαπλάττων τὸν ἄνθρωπον, τὸ συνειδὸς αὐτῷ ἐνέθετο κατηγοροῦν ἀδίκαιστον, παραλογισθῆναι μὴ δυνάμενον, μηδὲ ἀπάτην ὑπομείναι ποτε. Ἄλλα κἀν πάντας ἀνθρώπους λαθεῖν τις δυναθεῖ τὴν ἀμαρτίαν ἐργαζάμενος καὶ τὴν ἄτοπον πρᾶξιν ἐπιτελέσας, ἐκείνον τὸν κατηγοροῦν λαθεῖν οὐ δύναται, ἀλλὰ περιέρχεται διηνεκῶς αὐτὸν ἔνδον ἔχων ἐνοχοῦντα, καταξαινοντα, μαστίζοντα, οὐδέποτε ἴφρεμουντα, ἀλλὰ καὶ ἐν ἀγορᾷ, καὶ ἐν συλλόγοις, καὶ ἐν τραπέζῃ, καὶ καθεύδοντι, καὶ διανισταμένῳ ἐπιτιθέμενον, καὶ ἄδικην ἀπαιτοῦντα τῶν πεπλημμελημένων, καὶ ὕπ' ἑβῆν ἄγοντα καὶ τῶν ἡμαρτημένων τὴν ἀτολίαν, καὶ τὴν ἐπομένην αὐτῷ κίλασιν. καὶ καθάπερ ἱατρὸς ἀριστοῦ; οὐ παύεται τὰ παρ' ἐξουτοῦ φάρμακα ἐπιτιθεῖς· κἀν ἴθι διακρουόμενον, οὐδὲ οὕτως ἀφίσταται, ἀλλὰ διηνεκῆ τὴν ἐπιμέλειαν ποιεῖται.

β'. Τοῦτο γὰρ αὐτοῦ ἔργον, ἀδίκαιστον ὑπόμνησιν εἰσάγειν, καὶ μὴ συγχωρεῖν αὐτῷ λήθην ποτὲ ποιήσασθαι τῶν ἐργασμένων, ἀλλ' ὕπ' ἑβῆν αὐτῷ εἰθένα, ἵνα κἀν ταύτῃ ὀνηροτέρους ἡμᾶς ἐργάσεται πρὸς τοὺς αὐτοὺς περιπατεῖν. Εἰ γὰρ καὶ τὴν ἐνεῦθεν ἔχοντες συμμαχίαν, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ συνειδὸτος βοήθειαν, καὶ τὸν σφοδρὸν τοῦτον κατηγοροῦν ἐπιχειροῦμεν, καὶ μαστίζοντα ἡμῶν τὸ συνειδὸς, καταξαινοντα τὴν καρδίαν, [135] καὶ δημίον παντὸς βαρύτερον ἐπιχειροῦμεν, οὐδὲ οὕτως οἱ πολλοὶ τῆς βραθυμίας περιγιγνώμεθα· εἰ μὴ ταύτην εἴχομεν τὴν βοήθειαν, τοῦ οὐκ ἂν ταχέως ἐξωκελιώμεν; Διὰ τοι τοῦτο καὶ ὁ

πρωτόπλαστος νῦν αἰσθησιν λαβὼν τοιαύτην, καὶ τὴν παρουσίαν τοῦ Δεσπότητος ἐνοήσας, εὐθέως κρύπτεται. Τίνος ἔνεκεν, εἰπέ μοι; Ἐπειδὴ ἔώρα σφοδρὸν αὐτῷ τὸν κατήγορον ἐφεστώτα, τὸ συνειδὸς λέγω. Οὐδένα γὰρ ἕτερον εἶχε τὸν διελέγοντα καὶ μάρτυρα ὄντα τῶν ἔπιτασμένων, ἀλλ' ἐκείνον μόνον, ὃν ἔνδοθεν περιέφερον. Ἄλλως δὲ μετὰ τῆς τοῦ συνειδὸτος κατηγορίας καὶ ἡ ἀφαιρέσις τῆς δόξης τῆς πρότερον αὐτοῦ καθάπερ ἰμάτιον λαμπρὸν περιστelloύσης ἐδίδασκεν αὐτοῦς διὰ τῆς γυμνότητος τῆς ἀμαρτίας ἧς εἰργάσαντο τὸ μέγεθος. Ἐπεὶ οὖν μετὰ τὴν ἀμαρτίαν ἐκείνην τὴν χαλεπὴν αἰσχύνῃ περιεβλήθησαν, κρύπτεσθαι ἐπεχείρουν. ἤκουσαν γὰρ, φησί, τῆς φωνῆς Κυρίου τοῦ Θεοῦ περιπατοῦντος ἐν τῷ παραδείσῳ τὸ δειλινόν, καὶ ἐκρύθησαν ὁ τε Ἀδὰμ καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἀπὸ προσώπου Κυρίου τοῦ Θεοῦ ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου.

Οὐδὲν ἀμαρτίας χεῖρον, ἀγαπητὲ· αὕτη γὰρ ἐπεισελοῦσα οὐ μόνον αἰσχύνῃς ἡμᾶς πληροῖ, ἀλλὰ καὶ ἀνοήτους ἐργάζεται τοὺς πρότερον συνετοὺς, καὶ σοφίας πολλῆς πεπληρωμένους. Ἐνόησον γὰρ μοι πόση τῇ ἀνοίᾳ λοιπὸν κέχρηται ὁ τοσαύτης μετέχων σοφίας πρὸς τοῦτο, ὃ διὰ τῶν πραγμάτων ἡμῖν τὴν παρασχεθεῖσαν αὐτῷ σοφίαν ἐπιδεικνύμενος, ὃ τοιαῦτα προφητεύσας· Ἀκούσας, φησί, τῆς φωνῆς Κυρίου τοῦ Θεοῦ περιπατοῦντος ἐν τῷ παραδείσῳ τὸ δειλινόν, ἐκρύθη αὐτὸς καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἀπὸ προσώπου Κυρίου τοῦ Θεοῦ ἐν μέσῳ τοῦ ἔξλου τοῦ παραδείσου. Πόσης οὐκ ἀνεῖη τοῦτο ἀνοίας, τὸν Θεὸν τὸν πανταχοῦ παρῶντα, τὸν Δημιουργόν, τὸν ἀπὸ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα παραγαγόντα, τὸν τὰ λαθάνοντα ἐπιστάμενον, τὸν πλάσαντα καταμόνας τὰς καρδίας τῶν ἀνθρώπων, καὶ συνίεντα εἰς πάντα τὰ ἔργα αὐτῶν, τὸν ἐτάζοντα καρδίας καὶ νεφροῦς, τὸν αὐτὰ τὰ κινήματα τῆς καρδίας ἡμῶν ἐπιστάμενον, τοῦτον κρύπτεσθαι ἐπιχειροῦν; Ἄλλὰ μὴ θαυμάσης, ἀγαπητὲ· τοιούτου γὰρ τῶν ἀμαρτανόντων τὸ ἔθος· κἀν μὴ δύνυνται λαθάνειν, ὅμως σπουδάζουσι λαθάνειν. Ὅτι γὰρ οὐ φέροντες τὴν αἰσχύνῃν ἣν μετὰ τὴν ἀμαρτίαν ἑαυτοῦς περιέβαλον, γυμνώσαντες ἑαυτοὺς τῆς ἀφθάρτου· δόξης ἐκείνης, τοῦτο ἐποίουν, ἐνόει καὶ ποῦ κρύπτονται· ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου. Καθάπερ γὰρ μαστιγία τινὲς καὶ οἰκέται, ἀγνώμονες, οὐ δυνάμενοι λαθεῖν τὸν οἰκίον δεσπότην, ὡδε κἀκεῖσε περὶ τὰς γωνίας τοῦ οἴκου περιτρέχειν ἐπιχειροῦσι, τοῦ φόβου κατασειόντος αὐτῶν τὴν διάνοιαν· τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ οὗτοι οὐδεμίαν εὐρίσκοντες ἀποφυγὴν, ἐν αὐτῷ τῷ οἴκῳ περιστρέφονται, τοῦτ' ἐστὶν ἐν τῷ παραδείσῳ. Οὐκ ἀπλῶς δὲ πρόσκειται ὁ καιρὸς· ἤκουσαν γὰρ, φησί, τῆς φωνῆς Κυρίου τοῦ Θεοῦ περιπατοῦντος ἐν τῷ παραδείσῳ τὸ δειλινόν· ἀλλ' ἵνα μᾶθῃς τὸ Δεσπότη τοῦ φιλοφρονεῖν, ὅτι οὐδὲ [136] τὸ τυχὸν ἀνεβάλετο, ἀλλ' εὐθέως εἶδε τὸ γεγονός, καὶ τοῦ ἔλκουσ τὸ μέγεθος, καὶ ἐπὶ τὴν ἱατροίαν ἔσπευσεν, ἵνα μὴ νομῆν ἐργασάμενον τὸ ἔλκος, ἀνάτον τὸ τραῦμα κατασκευάσῃ· διὰ τοῦτο προκαταλαμβάνειν ἐπιχειρεῖ, καὶ εὐθέως πρὸς τὴν νομῆν τοῦ ἔλκουσ ἵσταται, καὶ οὐδὲ πρὸς βραχὺ νατέλιπεν ἀπρονοήτον, τὴν οἰκίαν ἀγαθότητα μιμούμενος. Καὶ γὰρ τοσαύτην ἀπεδείξατο τὴν μανίαν ὃ ἐχθρὸς τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας, ἀεὶ βασκαίνων τοὺς ἡμετέροις ἀγαθοῖς, ὡς ἐξ αὐτῶν τῶν προοιμίων τὴν ἐπιβουλήν ἐργάσασθαι, καὶ διὰ τῆς ὀλεθρίου συμβουλῆς τῆς θαυμαστῆς ἐκείνης διαγωγῆς αὐτοῦς ἀποστερησαί. Ἄλλ' ὁ εὐμήχανος Θεός, ὁ κατὰ τὴν αὐτοῦ σοφίαν τὰ ἡμέτερα οἰκονομῶν, ὀρῶν μὲν καὶ τοῦ διαδόλου τὴν γενημένην κακοεργίαν, καὶ τοῦ ἀνθρώπου δὲ τὴν βραθυμίαν, δι' ἧς εἰς τοσαύτην αἰσχύνῃν ἑαυτὸν περιέβαλε συναπατηθεὶς τῇ γυναικί, ἐφίσταται, καὶ καθάπερ δικαστής ἡμερος καὶ φιλόφρωνος καθίζει δικαστήριον φόβου καὶ φρίκης γέμον, καὶ τὴν ἐξέτασιν μετὰ ἀκριδείας ποιεῖται· ἡμᾶς διὰ τοῦτο παιδεύων, μὴ πρότερον τοῦ

• Allii ei mēn γὰρ βουλευθῆσθαι. ὁ Savil. et multi mss. γίνονται· ἐπειδὴ γὰρ τοιαύτην ἔσχον. Mox iidem παραγενομένον, κρύπτεσθαι ἐπιχειροῦσιν· ἐπεισῆλθε γὰρ. Mox Reg. unus κατεσκέδασθη. Intra alii ἀνεβία, et mox ἀμαρτηθέντων. • Savil. et octo mss. ἔργον τὸ ἀδίκαιστον, ὑπόμνησιν. In Morel. et deest. • Quatuor mss. et Savil. βαρύτερον ἐπιμελίοντα.

• Savil. et quidam mss. γυμνώοντες; τῆς ἀφάρτου. Tres mss. τῆς ἀφάρτου.

έμογε· νεί; καταδικάζειν, πριν ἂν ἀκριθῆ τὴν ἐξέτασιν ποιησώμεθα.

γ'. Ἀκοῖσωμεν τοίνυν, εἰ δοκεῖ, τίνα μὲν ὁ δικαστῆς ἐπερωτᾷ, τίνα δὲ οἱ καταδίκαιο ἀποκρίνονται, καὶ ποίας τιμωρίας δέχονται, καὶ ποῖα καταδίκη ὑπεύθυνος γίνεται ὁ τὴν τοσαύτην ἐπιβουλὴν εἰς αὐτοὺς ἐργασάμενος. Ἀλλὰ συντείνετε μοι, παρκαλῶ, τὴν διάνοιαν, καὶ διὰ πολλοῦ τοῦ φόβου τῶν λεγομένων προσέχετε. Εἰ γὰρ δικαστὴν ὀρώντας ἐπίγειον ἐφ' ὕψηλῳ βήματος καθήμενον, καὶ τοὺς καταδικούς εἰς μέσον ἄγοντα, καὶ καταξαιόμενα, καὶ τιμωρούμενον, μετὰ πολλοῦ τοῦ δέους παρεστήκαμεν ἀκοῦσαι βουλόμενοι, τί μὲν ὁ δικαστῆς λέγει, τί δὲ ὁ ὑπεύθυνος ἀποκρίνεται· πολλῷ μᾶλλον νῦν τοῦτο ποιεῖν ἡμᾶς δικαιοῦν, ὀρώντας τὴν δημιουργὸν τῆς φύσεως δίκην εἰσπραττόμενον τῶν ὑπ' αὐτοῦ δημιουργηθέντων. Ἀλλ' ἔαν προσέχητε μετὰ ἀκριβείας, ὕψεθε πόσον τὸ μέσον τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας, καὶ τῆς τῶν ἀνθρώπων περὶ τοὺς ὁμογενεῖς ἀυστηρότητος. *Καὶ ἐκάλεσε Κύριος ὁ Θεὸς τὸν Ἀδὰμ, καὶ εἶπεν αὐτῷ. Ἀδὰμ, ποῦ εἶ;* Ἐξ αὐτῆς τῆς ἐρωτήσεως ἄξιον ἐκπλαγῆναι τοῦ Θεοῦ τὴν ὑπερβάλλουσαν φιλανθρωπίαν, οὐχ ὅτι ἐκάλεσε μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ δι' ἑαυτοῦ ἐκάλεσεν· ὅπερ ἄνθρωποι οὐκ ἂν ποτε ἀνάσχοιντο ἐπὶ τῶν ὁμογενῶν, καὶ τῆς αὐτῆς αὐτοῖς ἡ φύσεως κοινωνούντων. Ἰστε γὰρ ὅτι, ἐπειδὴν ἐφ' ὕψηλῷ τοῦ βήματος καθήμενος δίκην εἰσπραττόνται τοὺς τὰ φαῦλα ἐργασαμένους, οὐκ ἄξιουσιν αὐτοὺς τῆς οικείας ἀποκρίσεως, καὶ διὰ τοῦτο δεικνύντες αὐτοῖς, ὄση ἀτιμίᾳ ἑαυτοὺς περιέβαλον διὰ τῆς τῶν πονηρῶν πράξεων ἐργασίας· ἀλλ' ὁ μὲν δικαστῆς ἀποκρίνεται, ἕτερος δὲ τις ἐστὼς διαθιβάσει τὰ παρὰ τοῦ δικαστοῦ τῷ ὑπευθύνῳ, καὶ τὰ παρ' ἐκείνου πάλιν διαπορθμεύει τῷ δικαστῇ· καὶ τοιοῦτον ἂν ἴδοι τις τῶν δικαζόντων πανταχοῦ τὸ ἔθος. Ἀλλ' ὁ Θεὸς οὐχ οὕτως, ἀλλὰ τί; Αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ καλεῖ. *Καὶ ἐκάλεσε, φησὶ, Κύριος ὁ Θεὸς τὸν Ἀδὰμ καὶ εἶπεν αὐτῷ, Ἀδὰμ, ποῦ εἶ;* Ὅρα πόση δύναμις ἐναπόκειται ἐν τῇ βραχείᾳ ταύτῃ λέξει. Καὶ αὐτὸ [137] μὲν γὰρ τὸ καλέσαι πολλῆς καὶ ἀφάτου φιλανθρωπίας, καὶ τὸ τῷ κατασχονομένῳ, καὶ μηδὲ ἄραι ἢ τὸ στόμα τολμῶντι, μηδὲ διανοῖζει γλώτταν, καὶ ἀφορμὴν δούναι, διὰ τῆς ἐρωτήσεως, πολλῆς ἀγαθότητος· τὸ δὲ καὶ λέγειν, *Ποῦ εἶ;* πολλὴν ἔχει τὴν ἰσχύν μετὰ τῆς φιλανθρωπίας. Μονονοῦχι γὰρ ἀνιέντεται αὐτῷ διὰ τοῦτο λέγων πρὸς αὐτόν· Τί γέγονεν; Ἐτέρωθί σε κατέλιπον, καὶ ἐτέρωθί νῦν εὐρίσκω· ἐτέρωθὶ δόξη ἡμφισεμένον καταλιπὼν, νῦν εὐρον ἐν γυμνάτῃ. *Ποῦ εἶ;* Πόθεν σοι συνέθη τοῦτο; Τίς σε εἰς τοσαύτην ἤγαγε μεταβολήν; Ποῖος ληστής καὶ τοιχωρῦχος οὕτως ἄθροον ἅπασαν τοῦ πλοῦτος τὴν περιουσίαν ἀφελόμενος, ἐν τοσαύτῃ σε πενίᾳ κατέστησε; Πόθεν σοι τῆς γυμνώσεως ἡ αἰσθησις γέγονεν; Τίς σοι αἴτιος τῆς ἀφαιρέσεως τοῦ θαυμαστοῦ ἐκείνου ἐνδύματος, ὃ περιβεβλημένος ἐτύγχανες; Τίς ἡ ἀθρόα αὐτῆ μεταβολή; Ποία καταιγὶς οὕτω σφοδρὰ ταχέως ἅπαντά σου τὸν φόρτον κατέδυσε; Τί γέγονεν, ὅτι τὸν τοσαῦτα εὐεργετήσαντα, καὶ εἰς τοσαύτην ἀναγαγόντα τιμὴν κρύπτεσθαι ἐπιχειρεῖς; Τίνα δοκεῖς νῦν λαμβάνειν σπουδαίεις; Μή γὰρ κατήγορος παρέστηκε; μή γὰρ μάρτυρες ἐστήχασαι; Πόθεν σοι ἡ τοσαύτη δειλία καὶ ὁ φόβος κατεσκεδάσθη; *Τῆς φωνῆς σου ἤκουσα, φησὶ, περιπατοῦντος ἐν τῷ παραδείσῳ, καὶ ἐφοβήθη ὅτι γυμνός εἰμι, καὶ ἐκρύβην.* Πόθεν σοι ἡ γνώσις τῆς γυμνώσεως γέγονεν; εἰπέ μοι· τί τὸ καινὸν καὶ παράδοξον; Τίς ἂν τοῦτο ἡδυνήθη ποτὲ ἀναγ-

^a Morel. ὅπερ ἀνθρώπων τις· ἀνάσχοιτο... αὐτῷ. ^b Reg. et Savil. μηδὲ διαραῖ. Μὴ Savil. κινήσαι γλώτταν. ^c Reg. κατεσχέδιασθη.

γείλαι σοι, εἰ μὴ σὺ σαυτῷ ταύτης αἴτιος ἐγένου τῆς αἰσχύνης; εἰ μὴ ἀπὸ τοῦ ξύλου, οὐ ἐνετειλάμην σοι τοῦτου μόνου μὴ φαγεῖν, ἀπ' αὐτοῦ ἔφαγες; Ὅρα φιλανθρωπίαν Δεσπότης καὶ ἀνεξικακίας ὑπερβολήν. Δυνάμενος γὰρ εὐθέως μηδὲ ἀποκρίσεως ἀξιώσαι τὸν τοσαῦτα ἡμαρτηκότα, ἀλλ' ὑπὸ τὸ ἐπιτιμίον ἀγαγεῖν, ὃ προλαβὼν ὤρισεν, εἰ παραβῆι, μακροθυμεῖ, καὶ ἀνέχεται, καὶ ἐρωτᾷ, καὶ ἀπύκρινισ δέχεται, καὶ πάλιν ἐρωτᾷ μονοῦχι εἰς ἀπολογία ἀὐτὸν ἐκκαλούμενος, ἵνα ἀφορμὴν λαβὼν, τὴν οικείαν φιλανθρωπίαν καὶ μετὰ τὴν τοσαύτην παράδειξιν περὶ αὐτὸν ἐπιδειξῆται· παιδεύων ἡμᾶς καὶ διὰ τοῦτο, ἐπειδὴν δικάζωμεν τοὺς ὑπευθύνους^d, μὴ ἀνημέρω; αὐτοῖς προσφέρεσθαι, μηδὲ τὴν τῶν θηρίων ὠμότητα περὶ αὐτοὺς ἐπιδεικνυσθαι, ἀλλὰ πολλῇ τῇ μακροθυμίᾳ καὶ τῇ φειδῶϊ κεχρησθαι. ἄτε δὴ ὡς οικείοις μέλει δικάζοντας, καὶ τὸ ὁμογενὲς ἐννοοῦντας φιλανθρωπία τὴν τιμωρίαν κεραινύναι. Οὐδὲ γὰρ ἀπλῶς τοσαύτη συγκατάθεσις ἡ θεία Γραφὴ ἐχρηται, ἀλλὰ διὰ τῆς παχύτητος^e τῶν λέξεων διδάσκουσα ἡμᾶς τὴν τε τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν, καὶ εἰς ζῆλον ἄγουσα, ὥστε κατὰ δύναμιν ἀνθρωπίνην μιμεῖσθαι τοῦ Δεσπότης τὴν ἀγαθότητα· *Καὶ εἶπεν αὐτῷ, Τίς ἀνήγγειλέ σοι, ὅτι γυμνός εἶ, εἰ μὴ ἀπὸ τοῦ ξύλου οὐ ἐνετειλάμην σοι τοῦτου μόνου μὴ φαγεῖν, ἀπ' αὐτοῦ ἔφαγες;* Πόθεν ἂν, φησὶν, ἡδυνήθης τοῦτο γινῶναι, καὶ τοσαύτη αἰσχύνῃ περιβληθῆναι, εἰ μὴ πολλῇ τῇ ἀκρασίᾳ ἐχρήσω, καὶ κατεφρόνησάς μου τῆς ἐντολῆς;

[138] δ'. Σκόπει, ἀγαπητὲ, τῆς ἀγαθότητος τοῦ Θεοῦ τὴν ὑπερβολήν, ὅπως καθάπερ φίλος φίλῳ διαλεγόμενος, καὶ ἐγκάλῳ ὡς παραβάντι τὰ παρ' αὐτοῦ ἐνταλθέντα, οὕτω πρὸς αὐτὸν τὴν διάλεξιν ποιεῖται. *Τίς ἀνήγγειλέ σοι ὅτι γυμνός εἶ, εἰ μὴ ἀπὸ τοῦ ξύλου, οὐ ἐνετειλάμην σοι τοῦτου μόνου μὴ φαγεῖν, ἀπ' αὐτοῦ ἔφαγες;* Οὐ μικρὰν ἔμφασιν ἔχει καὶ τὸ λέγειν· *Τοῦτου μόνου.* Μὴ γὰρ ἐστενοχώρησά σου, φησὶ, τὴν ἀπόλαυσιν; Οὐχὶ πᾶσαν ἀδειάν σου παρέσχον, καὶ πάντων τῶν ἐν τῷ παραδείσῳ τὴν ἐξουσίαν δεδωκώς, ἐνὸς τοῦτου μόνου ἀπέχεσθαι ἐνετειλάμην, ἵνα εἰδέναι ἔχῃς, ὅτι ὑπὸ δεσπότην εἶ, καὶ ὀφείλεις ὑπακοήν τινα ἐπιδεικνύναι; Τίς οὖν ἡ τοσαύτη βραθυμία, ὥστε τοσαύτην ἔχοντα ἀπόλαυσιν, μὴ ἀνασχέσθαι μηδὲ τοῦτο τοῦ ἐνὸς ἀποσέσθαι, ἀλλ' οὕτω ταχέως εἰς τὴν παρ' ἐμοῦ δοθεῖσαν ἐντολήν ἐξυθρίσαι, καὶ τοσοῦτοις κακοῖς ἑαυτὸν περιβαλεῖν; Τί σοι τὸ ὕψειος γέγονεν; Οὐ προλαβὼν ταῦτα εἶπον; οὐ τῷ φόβῳ τοῦ ἐπιτιμίου προαναστεῖλαι ἡβουλήθη, καὶ ἀσφαλεστέρας ἐργάσασθαι; οὐκ εἶπον τὸ μέλλον ὑμῖν συμβῆσθαι; οὐ διὰ τοῦτο τὴν βρώσιν ἐκώλυσα, ἵνα μὴ τοῦτοις περιπέσῃτε; Τίς ἂν σε συγγνώμης ἀξιώσειε, τὸν μετὰ τοσαύτας παραγγελίας οὕτως ἀγνώμονα γενόμενον; Οὐ καθάπερ πατὴρ παιδί γνησίῳ, οὕτω πάντα διεσπειλάμην, καὶ εἰδὼσα τῶν μὲν ἄλλων ἀπογεύεσθαι, τοῦτο δὲ ἀποσχέσθαι, ἵνα μὴ πᾶσι σοι τοῖς ἀγαθοῖς λυμπίηται; Ἀλλ' ἴσως ἀγαθὴν καὶ ἀξιοπιστότεραν ἡγησάμενος τῆς ἐμῆς ἐντολῆς τὴν ἐτέρου συμβουλήν, καὶ προσδοκῆσας μειζρόνων ἐψικέσθαι^f τοῦτο πεποίησας, καὶ τὰς ἐμὰς ἐντολὰς παρυσάμενος κατετόλιμσας τῆς τοῦ ξύλου βρώσεως. Ἰδοὺ διὰ τῆς πείρας ὧν πέπονθας, ἔμαθες ὅσον τῆς συμβουλής ἐκείνης τὸ ὀλέθριον. Εἶδετε δικαστοῦ φιλανθρωπίαν; εἶδετε ἡμερότητα καὶ ἀνεξικακίαν ἄφατον^g; εἶδετε συγκατάθεσιν πάντα λόγον καὶ διάνοιαν ὑπερβαίνουσαν; εἶδετε πῶς διὰ τῆς ἐρωτήσεως καὶ τοῦ λέγειν, *Τίς ἀνήγγειλέ σοι ὅτι γυμνός εἶ, εἰ μὴ ἀπὸ τοῦ ξύλου, οὐ ἐνετειλάμην σοι τοῦτου μόνου μὴ φαγεῖν, ἀπ' αὐτοῦ ἔφαγες,* ὅπως αὐτῷ ἀνοίξαι βούλεται ἀπολογία, ἵνα καὶ πρὸς τὸν οὕτως ἡμαρτη-

^d Savil. τοὺς ὑπευθύνους. ^e Reg. unus διὰ τὴν παχύτητα. ^f Alii ὑπὸ δεσποτεῖαν. Ibid. Morel. ἐπιδεικνυσθαι. ^g Coislin. ἐφίεσθαι. Savil. et duo mss. ἐπιτύξασθαι. ^h Reg. unus addit δεσπότητος.

stros condemnemus, nisi causa antea diligenter cognita.

3. Audiamus igitur, si placet, quæ iudex interroget. quæ rei respondeant, quas pœnas ferant, et cui condemnationi obnoxius fuerit is qui in illos tantas insidias machinatus est. Sed, obsecro, animum attendite, et multo cum timore dicta auscultate. Si enim, cum videmus terrenum iudicem in sublimes tribunalis sedentem, reos in medium producentem, et suppliciis afficientem, non sine timore adstamus, et audire volentes quidnam iudex dicat, et quid respondeat reus: multo magis nunc hoc nobis faciendum, cum videmus Opificem naturæ pœnam suis creaturis intentare. Verum si diligenter attendatis, videbitis quantum intersit inter misericordiam Dei, et hominum erga congeneres severitatem. 9. *Et vocavit Dominus Deus Adam, et dixit illi: Adam, ubi es?* Vel ex ipsa interrogatione jure obstupescamus ad eminentem Dei clementiam: non solum quod vocaverit, sed quod per seipsum vocaverit: id quod homines facere numquam ferrent inter se, licet eandem naturam sortiti sint. Scitis enim, cum iudices in alto solio sedent, rationesque repetunt a malefactoribus, nec suo eos responso dignari: hoc ipso ostendentes illis, quanta ignominia sese suis flagitiis asperserint: et iudex quidem respondet, sed alius quispiam a iudice hæc excipiens, reo annuntiat, et iudici quoque quæ reus dixerat: et hic ferme ubique iudicantium mos est. Verum Deus non sic agit, sed quomodo? Ipse per sese vocat: *Et vocavit, inquit, Dominus Deus Adam, et dixit illi: Adam, ubi es?* Vide in brevi hæc dictione quanta vis recondita sit. Nam et ipsum vocare, magnæ et ineffabilis est clementiæ, erubescens, et neque os aperire, neque linguam movere audentem vocare, et per interrogationem occasionem dare, id ingentis erat benignitatis: illud autem dicere, *Ubi es?* plurimam una cum benignitate vim habet. Perinde enim subindicare videtur ac si diceret: Quid factum est? In alio te statu reliqui, in alio te invenio: gloria vestitum te reliqui, nunc in nuditate te invenio. *Ubi es?* Unde tibi hoc accidit? Quis te in tantam induxit vicissitudinem? Quis latro vel fur sic semel omnem divitiarum substantiam auferens, in tantam te inopiam deduxit? Unde nuditatis sensus tibi contigit? Quis tibi in causa fuit, ut auferretur a te vestimentum illud admirabile, quo amictus eras? Quæ repentina hæc mutatio? Quæ tempestas ita subito omnes tuas merces demersit? Quid accidit, quod ab eo, qui tibi tanta beneficia præstitit, et in tantum honorem te evehit, occultari satagis? Quem nunc timens, delitescere studes? Num adest accusator? num instant testes? Unde tanta formido, tantusque metus te invasit? 10. *Tuam, inquit, deambulantis in paradiso vocem audiri, et timui, quia nudus sum, et abscondi me*¹. Unde tibi nuditatis notitia contigit? dic mihi: quid hoc novum et insolens? Quis hoc unquam annuntiare potuisset tibi, nisi ipse hujus pudoris auctor tibi fuisset? nisi a ligno, de quo præcepi, ut ex eo solo non comedere,

comedisses? Vide ingentem misericordiam et patientiam Domini. Nam cum posset ne responso quidem dignari eum qui peccaverat, sed statim pœnam infligere, quam prius statuerat prævaricaturæ, patienter tamen ægit, tolerat, et interrogat, et responsum accipit: et iterum interrogat, quasi ad defensionem eum provocans, ut arrepta occasione etiam post tantam prævaricationem, suam erga illum misericordiam exhibeat: quo etiam nos docet, ut quando et nos reis jus dicimus, non tam inhumane illis loquamur, neque ferina in illos utamur sævitiis: sed cum tolerantia multa et misericordia agamus, utpote nostris ipsorum membris jus dicturi, et cogitantes illos nobis esse congeneres, supplicium misericordia temperemus. Non enim frustra tanta verborum attemperatione utitur divina Scriptura, sed verbis humilibus docet et provocat, ut pro viribus humanis Domini benignitatem imitemur. 11. *Dixitque: Quis annuntiavit tibi quod nudus esses, nisi [quod] de ligno, de quo solo præcepi tibi ne comederes, de illo ipso comedisti?* Unde, inquit, posses hoc scire, te tanto pudore affici, nisi multum intemperans fuisses, et mandatum meum contempsisses?

4. Considera, dilecte, bonitatis Dei excellentiam, quomodo quasi amicus amico loquitur, et quasi expostulat cum eo qui mandata transgressus erat. *Quis annuntiasset tibi quod nudus esses, nisi de ligno de quo solo præcepi tibi ne comederes, de illo ipso comedisses?* Non caret emphasi, et latentis quadam vi, quod dicit, *De quo solo*: quasi diceret, Num adeo angustus fruendi limites tibi præscripsi? Nonne omnem copiam præbui, et omnium quæ in paradiso sunt potestatem tibi concedens, ab hoc unico ut abstineres præcepi, ut scire posses te sub domino quodam esse, cui obedientiam debes? Quæ igitur tanta negligentia illa, ut tantis fructibus non contentus, ab hoc unico abstinere nolueris, et sic statim ad violandum mandatum quod dedi proruperis, ac te tantis malis implicaveris? Quæ tibi inde utilitas? Annon hæc prædixi? nonne metu pœnæ volui vos coercere et muniti? nonne dixi quæ vobis eventura erant? nonne hac de causa, ne in tanta mala incideretis, hunc cibum prohibui? Quis te post venia dignetur, qui post tanta mandata Deo ingratus fueris? Nonne sicut pater dilectum filium, de omnibus satis dilucide et distincte instruxi, ut de aliis quidem gustares, ab hoc autem abstineres, ut ne omnia tua bona simul perderes? Sed forte ratus es alterius consilium meo mandato melius et fide dignius; et expectatione majorum honorum hæc fecisti, et contempto mandato meo, de ligno edere ausus es. Ecce quid tibi acciderit, nunc experientia malorum didicisti quanta consilii illius perniciēs. Vidistis iudicis clementiam? vidistis mansuetudinem et tolerantiam inenarrabilem? vidistis verborum attemperationem, omni sermone et cogitatione superiorem? vidistis quomodo per interrogationem, et per hæc verba, *Quis annuntiavit tibi quod nudus esses, nisi de ligno, de quo solo præcepi tibi ne comederes, de illo ipso comedisses*, januas illi aperire vult defensionis, ut et misericordiam,

¹ Post, *abscondi me*, quidam Mss. textum Scripturæ prosequuntur usque ad, *comedisti*.

diam suam erga eum qui tantum peccaverat, declararet? Audiamus et reum, quid ad hæc respondeat.

12. *Et dixit Adam: Mulier quam dedisti ut sit mecum, ipsa mihi dedit de ligno, et comedi.* Miserabilia verba, et magna miseratione plena, ac digna quæ ad clementiam Dominum provocent, tam mansuetum et bonitate sua vincentem nostra peccata. Nam postquam multum tolerando illius mentem commovit, et ostendit peccati magnitudinem, quasi defensionem parans ait illi Adam: *Mulier quam dedisti ut sit mecum, ipsa mihi dedit de hoc ligno, et comedi.* Scio, inquit, me peccasse: sed mulier quam dedisti ut sit mecum, de qua ipse dixisti, *Faciamus illi adiutorem secundum eum, ipsa mihi hujus ruinæ causa fuit. Mulier quam dedisti ut sit mecum.* Quando enim expectassem ut tanta ignominia me afficeret, quæ ideo condita est, ut mihi solatio esset? Tu mihi ipsam dedisti, tu ipsam mihi adduxisti. Ipsa, nescio unde mota, dedit mihi de ligno, et comedi. Videntur hæc quidem defensionem quandam præ se ferre, sed prorsus venia carent. Qua enim venia dignus es, inquit, qui mea præcepta oblitus fueris, et qui mulieris donum meis verbis præferendum putaveris? Nam licet mulier cibum dederit, sufficiebat tamen mandatum meum, et timor supplicii, ut te ad esu detererent. An ignorabas? an nesciebas? Ideo curam vestri gerens prædixi, ne in hæc incideretis: itaque licet mulier tibi ad transgressionem mandati ministrarit, tu propterea insons non eris. Majorem enim fidem mandato meo te habere oportebat, et non solum ut tu ipse ab esu caveres, sed et ut mulierem doceres peccatorum magnitudinem. Caput enim es mulieris (1. Cor. 11. 3), et propter te illa producta est: tu autem ordinem invertisti, et non solum illam non correxisti, sed et ipse simul abreptus es: ac cum oporteret corpus reliquum capiti obsequi, diverso modo res evenit, corporique reliquo caput obsequium est, et quæ sursum erant, in infimum locum venerunt. Propterea quoniam totum ordinem invertisti, eo nunc redactus es, qui antea tanta gloria vestitus eras. Quis te satis digne deploraverit, cui tot et tanta bona ablata sunt? Verumtamen licet hæc omnia tibi acciderint, nulli tamen alteri causam adscribe, sed tibi ipsi et tuæ ignaviæ: nequam enim te nolentem mulier in tantam induxisset ruinam. Num hortata est? num disseruit? num decipit? Dedit tantum, et statim tamque facile ad sumendum cibum adductus es, nullam mandati vel memoriam fecisti: putasti a me te deceptum esse, et propterea cibum hunc tibi non concessisse, ut ne majoribus fruereris. Et qua ratione ego te fallerem, qui tot in te beneficia contuli? Et istuc ipsum quanta beneficentiæ magnitudo erat, ut prædicendo distinguerem a quo abstinendum esset, ut non incideres in quæ incidisti? Sed hæc omnia nihili faciebas. Ecce nunc experientia te docet, quanta peccatorum tuorum sit magnitudo: reliquum est, ut soli mulieri culpam non adscribas, sed et negligentiam tuam.

5. Igitur satis Adamum alloquutus, postquam confessionem ille delictorum, ut putabat, edidit, peccato

in mulierem translato: vide bonum Dominum, quanta iterum indulgentia dignatur etiam illam suo responso.

ἀπὸ τοῦ ἐπιτηδεύματος αὐτοῦ, καὶ ἐκ τῆς ποιμαντικῆς τὴν θυσίαν προσήνεγκε. *Ἦνεγκε γὰρ, φησί, καὶ αὐτὸς ἀπὸ τῶν πρωτοτόκων τῶν προβάτων αὐτοῦ, καὶ ἀπὸ τῶν στεάτων αὐτῶν.* Σκόπει πῶς ἡμῖν αἰνίττεται τὸ φιλόθεον τούτου τῆς γνώμης, καὶ ὅτι οὐχ ἀπλῶς ἀπὸ τῶν προβάτων προσήνεγεν, ἀλλ' Ἄπὸ τῶν πρωτοτόκων, τούτ' ἐστίν, ἀπὸ τῶν τιμῶν, τῶν ἐξαιρέτων· εἶτα καὶ ἐξ αὐτῶν τούτων τῶν πρωτοτόκων πάλιν τὰ τιμιώτερα· *Καὶ ἀπὸ τῶν στεάτων, φησὶν, αὐτῶν, τῶν εὐπαθεστέρων, τῶν τιμιωτέρων.* Ἐπὶ δὲ τοῦ Κάιν οὐδὲν τοιοῦτον ἐπεσημῆματο· ἀλλ' ὅτι ἂ προσήνεγεν Ἄπὸ τῶν καρπῶν τῆς γῆς θυσίαν· ὡς ἂν εἴποι τις, τὰ τυχόντα, οὐδεμίαν σπουδὴν οὐδὲ ἀκριθείαν ἐπιδειξάμενος. Πάλιν λέγω, καὶ λέγων οὐ παύσομαι, οὐκ ἐπειδὴ ὁ Θεὸς τῶν παρ' ἡμῶν δεῖται, ἀνέγεται τῶν προσαγομένων, ἀλλὰ βούλεται καὶ διὰ τούτων δείκνυσθαι τὴν ἡμετέραν εὐγνωμοσύνην. Τὸν γὰρ Θεὸν προσάγοντα, καὶ ἐκ τῶν αὐτῶν προσάγοντά, καὶ ἐννοοῦντα τὸ μέτρον τῆς φύσεως, καὶ ὅτι ἀνθρώπος τοσαύτης ἀξιοῦται τῆς τιμῆς, ἔχερῃν κατὰ τὸ ἐγγωροῦν τὰ παρ' ἑαυτοῦ ἐπιδεικνυσθαι, καὶ τὰ τιμιώτερα προσάγειν. Ἄλλ' ὄρα μοι, ἀγαπητέ. Καὶ ἐντεῦθεν ἔχων ἀφορμὰς πρὸς τὸ συνιδεῖν τὸ δέον, εἰκότως εὐθύνα· δίδωσι διὰ βραθυμίαν τὴν οἰκείαν προδοῦς σωτηρίαν. Ὅτε γὰρ ἐκεῖνός τινα ἔσχε τὸν διδάσκοντα, οὕτε οὕτως τινα τὸν ὑποτιθέμενον καὶ συμβουλεύοντα, ἀλλ' ἔκαστος ἐκ τῆς τοῦ συνειδότος διδασκαλίας, καὶ τῆς ἀνωθεν σοφίας τῶν τῶν ἀνθρώπων γένει χορηγηθείσης κινούμενος ὠρμησεν ἐπὶ τὴν τοιαύτην προσαγωγήν· ἀλλ' ἡ διαφορὰ τῆς γνώμης λοιπὸν καὶ τῆς προαιρέσεως ἡ βραθυμία τοῦ μὲν εὐπρόσδεκτον ἐποίησε τὴν προσαγωγήν, τοῦ δὲ ἀπόδηλον. *Καὶ ἐπειδὴν ὁ Θεὸς ἐπὶ Ἄβελ, καὶ ἐπὶ τοῖς δώροις αὐτοῦ.* Ὅρα πῶς πληροῦται ἐνταῦθα τὸ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ εἰρημένον, ὅτι ἔσονται οἱ πρῶτοι ἔσχατοι, καὶ οἱ ἔσχατοι πρῶτοι. Ἴδου γὰρ καὶ ἀπὸ τῶν πρωτοτόκων ἔχων προτέρημα, καὶ πρῶτος δέθεν προσενεγκῶν, ἐπειδὴ μὴ δέοντως προσήνεγεν, ἐλάττων ὤφθη τοῦ ἀδελφοῦ. Ἀμφοτέρων γὰρ προσενεγκάντων, φησὶν ἡ θεία Γραφή. *Καὶ ἐπειδὴν ὁ Θεὸς ἐπὶ Ἄβελ καὶ ἐπὶ τοῖς δώροις αὐτοῦ.* Τί ἐστίν, *Καὶ ἐπειδὴν;* Ἄντὶ τοῦ, ἀπέδειξάτο, ἐπήνεσε τὴν γνώμην, ἐσεφάνωσε τὴν προαίρεσιν, ἤκρίσθη, ὡς ἂν εἴποι τις, [158] τῷ γεγονότι. Εἰ γὰρ καὶ περὶ Θεοῦ φθεγγόμεθα, καὶ περὶ τῆς ἀκηράτου φύσεως ἐκεῖνης· τολμῶμεν διαβαῖν στόμα, ἀλλ' ἀνθρωποδυντες οὐκ ἄλλως δυναθῆμεν ταῦτα ἢ διὰ τῆς γλυττης νοεῖν. Σκόπει δὲ τὸ θαυμαστόν. *Ἐπειδὴ, φησὶν, ὁ Θεὸς ἐπὶ Ἄβελ, καὶ ἐπὶ τοῖς δώροις αὐτοῦ.* Τὴν τῶν προβάτων προσαγωγήν δῶρα ἐκλάσε διὰ τὸ τίμιον, διὰ τὸ ἐξαιρέτον, διὰ τὸ ἀμῶνον τῶν προσενεγκόντων. Ἐπειδὴ τοίνυν ἐπ' αὐτὸν, ὅτι ὑγιεῖ γνώμην τὴν προσαγωγήν ἐποίησατο, καὶ ἐπὶ τὰ δῶρα τὰ προσενεχθέντα, οὐχ ὅτι ἀκηλίδωτα μόνον, ἀλλ' ὅτι πανταχόθεν τίμια φαινόμενα, ἀπὸ τε τῆς γνώμης τοῦ προσάγοντος, ἀπὸ τε τοῦ πρωτότοκα εἶναι, καὶ τούτων τὰ ἐξαιρέτα, καὶ ἀπὸ τῶν στεάτων αὐτῶν, καὶ αὐτῶν τούτων τὰ βέλτεστα. *Καὶ ἐπειδὴ, φησὶν, ὁ Θεὸς ἐπὶ Ἄβελ, καὶ ἐπὶ τοῖς δώροις αὐτοῦ· ἐπὶ δὲ Κάιν, καὶ ἐπὶ ταῖς θυσίαις αὐτοῦ οὐ προσέσχε.* Ἐπειδὴ ὀρθῆ γνώμην καὶ εὐκρινεῖα διανοίαν προσήνεγεν ὁ Ἄβελ, Ἐπειδὴ, φησὶν, ὁ Θεὸς, τουτέστιν, ἐδέξατο, ἤρέσθη, ἐπήνεσε· δῶρα δὲ ἐκλάσε τὰ προσενεχθέντα, τιμῶν καὶ διὰ τούτου τοῦ προσενεγκάντος τὴν γνώμην. Ἐπὶ δὲ Κάιν καὶ ἐπὶ ταῖς θυσίαις αὐτοῦ οὐ προσέσχε. Σκόπει τῆς Γραφῆς

τὴν ἀκριθείαν. Τῷ εἰπεῖν, *Ὁὐ προσέσχε*, εἰδείξε τὴν ἄποβλήν τῶν προσενεχθέντων, καὶ τῷ θυσίας καλέσαι τὰ ἀπὸ τῆς γῆς προσενεχθέντα, πάλιν ἕτερον ἡμᾶς τι διδάσκει. Ὅρα γὰρ πῶς δείκνυσσι δι' αὐτῶν τῶν γεγεννημένων καὶ διὰ τῶν ῥημάτων, ὅτι ταῦτα ἅπαντα βούλεται παρ' ἡμῶν ὁ Δεσπότης γίνεσθαι, ἵνα τὰ τῆς γνώμης ἡμῶν διὰ τῶν ὑφ' ἡμῶν πραττομένων δὴλα καθιστᾶται, καὶ ἵνα εἰδέναι ἔχωμεν, ὅτι ὑπὸ Δεσπότην ἔσμεν καὶ δημιουργόν τὸν ἀπὸ τοῦ μη δυντος εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς παραγαγόντα. Τὰ γὰρ πρόβατα δῶρα ὀνομάσασα ἡ θεία Γραφή, καὶ τὰ ἀπὸ τῆς γῆς θυσίας προσαιπούσα, παιδεύει ἡμᾶς, ὅτι οὕτε ἡ τῶν ἀλόγων προσκομιδῆ, οὕτε ἡ τῶν ἀπὸ τῆς γῆς καρπῶν προσαγωγὴ ζητεῖται παρὰ τῷ Δεσπότη, ἀλλ' ἡ τῆς γνώμης διάθεσις μόνον. Ὅθεν καὶ νῦν ὁ μὲν ἀπ' αὐτῆς ἀπόδεκτος γέγονε μετὰ τοῦ δώρου· ὁ δὲ πάλιν διὰ ταύτην ἀπεβλήθη μετὰ τῆς θυσίας. Τὸ δὲ, *Ἐπειδὴν ἐπὶ Ἄβελ, καὶ ἐπὶ τοῖς δώροις αὐτοῦ, ἐπὶ δὲ Κάιν, καὶ ἐπὶ ταῖς θυσίαις αὐτοῦ οὐ προσέσχε, θεοπροπῶς νοῶμεν.* Βούλεται γὰρ εἰπεῖν, ὅτι τοιαύτην αὐτοῖς γὰρ ὡσιν ἐνέθηκέν, ὅτι τοῦ μὲν ἤρέσθη τῇ προαίρεσει, τοῦ δὲ ἀπεισεῖλατο τὴν ἀγνωμοσύνην. Ἀλλὰ τὰ μὲν παρὰ τοῦ Θεοῦ τοιαῦτα ἴδωμεν δὲ λοιπὸν τὰ ἐξῆς. *Καὶ ἐλύπησεν, φησὶ, τὸν Κάιν λίαν, καὶ συνέπεσε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ.* Τί ἐστίν, *Καὶ ἐλύπησεν τὸν Κάιν λίαν;* Διπλῆ τὰ τῆς λύπης ἀπὸ τῶν γέγονεν, οὐχ ὅτι αὐτὸς μόνος ἀπόδηλος γέγονεν^d, ἀλλ' ὅτι καὶ τὸ τοῦ ἀδελφοῦ δῶρον προσεδέχθη. Καὶ ἐλύπησεν, φησὶ, τὸν Κάιν λίαν, καὶ συνέπεσε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ. Τί ἐλύπησεν αὐτόν; Ἀμφοτέρω αὐτὸν ἐλύπησεν, καὶ τὸ μὴ προσχεῖν τῇ θυσίᾳ αὐτοῦ τὸν Δεσπότην, καὶ τὸ εὐπρόσδεκτον γενέσθαι τὸ τοῦ ἀδελφοῦ δῶρον. Δέον οἶν τὴν αἰτίαν συνειδόντα ἐξ αὐτῶν τῶν γεγεννημένων διορθώσασθαι τὸ πλημμεληθέν· φιλάνθρωπος γὰρ ὢν ὁ Δεσπότης ὁ ἡμέτερος, [159] ἐπειδὴν τι πλημμελήσωμεν, οὐχ οὕτως ἡμᾶς ἀποστρέφεται διὰ τὸ πλημμεληθέν, ὡς ἐπειδὴν ἐπιμείνωμεν τῷ πλημμελήματι· ὁ δὲ λόγον οὐδένα τούτου ποιεῖται.

ς'. Καὶ ἵνα τοῦτο μάθῃς ἀκριθῶς, καὶ ἵδῃς ἄφατον μέγεθος φιλάνθρωπίας, σκόπει ἐκ τῶν νῦν γινομένων τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ τὴν ὑπερβολὴν, καὶ τῆς ἀνεξικακίας τὸ μέγεθος. Ἐπειδὴ γὰρ εἶδεν ἀμέτερος αὐτὸν λυπηθέντα, καὶ, ὡς εἰπεῖν, μέλλοντα καταδαπτίζεσθαι ὑπὸ τῶν τῆς λύπης κυμάτων, οὐ περιορᾷ, ἀλλ' ἦν ἐπεδείξατο φιλάνθρωπιαν περὶ τὸν τούτου πατέρα, ἀφορμὰς αὐτῷ διδοῦς ἀπολογία· καὶ παρήσσιας αὐτῷ θύραν ἀνοίγων καὶ λέγων, *Ποῦ εἶ;* μετὰ τὸ χαλεπὸν ἐκεῖνο^e παράπτωμα, τὴν αὐτὴν καὶ νῦν ἐπιδείκνυται περὶ τὸν οὕτως ἀγνώμων γεγονότα, καὶ ὡσανεὶ μέλλοντα κατὰ κληρῶν φέρεσθαι, χεῖρα ὀρέγων, καὶ πρόφασιν παραστρεῖν βουλόμενος τοῦ διορθώσασθαι τὸ πλημμελήμα, φησὶ πρὸς αὐτόν· *Ἰνα τί περιλυπος ἐγένου; καὶ Ἰνα τί συνέπεσε τὸ πρόσωπόν σου; Οὐκ, ἂν ὀρθῶς προσενέγκῃς, ὀρθῶς δὲ μὴ διέλιξ, ἡμαρτες; Ἐσύχασον. Πρὸς σὲ ἡ ἀποστρέφῃ αὐτοῦ, καὶ σὺ ἄρξεις αὐτοῦ.* Σκόπει μοι, ἀγαπητέ, συγκατάθεσιν κηδεμονίας ἄφατον. Ἐπειδὴ γὰρ εἶδεν αὐτὸν πολιορκούμενον, ὡς εἰπεῖν, ὑπὸ τοῦ τῆς βασκανίας πάθους, ὅρα πῶς τὴν οἰκείαν ἀγαθότητα μιμούμενος κατὰλληλα αὐτῷ τὰ φάρμακα ἐπιτίθησεν, ὥστε ταχέως αὐτὸν ἀνιμῆσασθαι, καὶ μὴ υποδύχιον γενέσθαι. *Ἰνα τί περιλυπος ἐγένου; καὶ Ἰνα τί συνέπεσε τὸ πρόσωπόν σου;* Τίνος ἔνεκεν, φησὶ, τοσαύτη λύπη κατεσχέθης, ὡς καὶ διὰ τοῦ προσώπου δεκνύναι τῆς ἀθυρίας τὸ μέγεθος; *Ἰνα τί συνέπεσε τὸ πρόσωπόν σου;* διὰ τί οὕτως σου ἦφατο τὸ γεγεννημένον

^a Savil. et quinque mss. ἀλλὰ τί, ^b Coislín., Morel. et Savil. πρωτοτόκων. ^c Coislín. τὴν ἀγέθειαν.

^d Sex mss. et Savil. ἐρίην. ^e Sex mss. adiunct καὶ μέγιστον.

τινος ἔνεκεν οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ συνείδεις τὸ δέον; Μὴ γὰρ ἀνθρώπου προσέφρες παραλογισθῆναι δυναμένῳ; οὐκ ᾔδεις ἃ ὅτι οὐχὶ τῶν προσαγομένων ἐδεόμην, ἀλλὰ τῆς τῶν προσαγόντων ὑγιούς γνώμης; *Ἰνα τί περίλυπος ἔγνομαι; καὶ Ἰνα τί συνέπεσε τὸ πρόσωπόν σου; Οὐκ, ἀνθρώπως προσενέγκης, ὀρθῶς δὲ μὴ διέλης, ἡμαρτες;* Τὸ μὲν γὰρ εἰς ἔνοιαν ἔλθειν τοῦ προσενεγχεῖν ἐπαινετόν, τὸ δὲ μὴ ὀρθῶς διελεῖν, τοῦτο τὴν ἀποβολὴν εἰργάσατο τοῦ προτενεχθέντος. Ἔδει γὰρ θεῶ προσάγοντα πολλὴν ἐπιδείξασθαι περὶ τὴν διαίρεσιν τὴν ἀκριβείαν, καὶ ὅσον ἐστὶ τὸ μέσον τοῦ δεχομένου καὶ τοῦ προσάγοντος, τοσαύτην ποιήσασθαι καὶ ἐν τῇ διαίρει τὴν διαφορὰν. Ἀλλὰ τούτων οὐδὲν ἐνοήσας σὺ ἀπλῶς τὰ τυχόντα προσήγαγες. Διὰ τοῦτο οὐδὲ δεκτὰ γενέσθαι ἠδυνήθη. Ἄσπερ γὰρ ἡ σὴ γνώμη, μεθ' ἧς τὴν προσαγωγὴν ἐποίησα, οὐδὲν τὸ μέσον λογιζάμενος, ἀποβλήθηναί ἐποίησε τὴν παρὰ σοῦ προσενεχθεῖσαν θυσίαν· οὕτως ἡ τοῦ ἀδελφοῦ γνώμη ὀρθή τε τυγχάνουσα, καὶ πολλὴν ἐπιδειξαμένη ἐν τῇ διαίρει τὴν ἀκριβείαν, εὐπρόσδεκτα αὐτοῦ τὰ δῶρα πεποίηκεν. Ὅμως οὐδὲ οὕτω δίκην ἀπαιτῶ τοῦ πλημμελήματος, ἀλλὰ δεικνυμι μόνον τὸ ἁμαρτήριον, καὶ συμβουλήν εἰσάγω σοι, ἣν εἰ βούληθεῖς; δέξασθαι, καὶ τὸ ἁμαρτηθῆναι διορθῶσαι, καὶ χεῖροσιν οὐ περιβαλεῖς σαυτὸν κακοῖς. [160] Τί οὖν; Ἠμαρτες, καὶ μέγα ἡμαρτες, ἀλλ' οὐ κολάζω διὰ τὸ ἁμαρτηθῆναι φιλόφρωνος γὰρ εἰμι, καὶ οὐ βούλομαι τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτόν. Ἐπεὶ οὖν ἡμαρτες, Ἠσύχασον, γαλήνην ἔργασαι σοι τοῖς λογισμοῖς, καὶ ἀπαλλαγθῆναι τῆς τῶν καμάτων σφοδρότητος, τῶν πολιορκούντων σου τὴν διάνοιαν, κατὰστέλλον τὴν ταραχὴν, μὴ τῶν προλαβόντων ἁμαρτήματι ἕτερον χαλεπώτερον προσθῆς, μηδὲ βουλευσῆ μηδὲν τῶν ἀνηκέστων. Μὴ αἰχμάλωτον σαυτὸν ἐκδῶς τῶν πονηρῶν δαίμονι. *Ἠμαρτες, ἡσύχασον.* Ἦδει καὶ ἐκ προοιμίων τὴν μέλλουσαν ἐπιχειρήσιν κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ γίνεσθαι, καὶ διὰ τούτων αὐτὴν προαναπέλλει τὸν βῆματων. Ἐπειδὴ γὰρ ὡς Θεός; ἢ καὶ τὰ ἀπόβρητα τῆς διανοίας ἐπιστάμενος ᾔδει τῆς καρδίας αὐτοῦ τὰ κινήματα, τῇ πολλῇ παραινέσει καὶ τῇ τῶν βῆματων συγκαταβάσει κατὰλληλον αὐτῶ τὴν ἰατρειάν εἰσφέρει, τὰ παρ' ἑαυτοῦ ἅπαντα πληρῶν, εἰ καὶ οὗτος τὸ φάρμακον ἀπιστάμενος εἰς τὸ τῆς ἀδελφοκτονίας βάρβαρον ἑαυτὸν κατακρήμινεν. *Ἠμαρτες, ἡσύχασον.* Μὴ νομίσης, φησὶν, εἰ καὶ ἀπεστράφησιν σου τὴν θυσίαν διὰ τὴν οὐκ ὀρθὴν γνώμην, καὶ εἰ τὸ τοῦ ἀδελφοῦ δῶρον προσεδεξάμην διὰ τὴν ὑγιῆ προαίρεσιν, ὅτι τῶν πρωτείων σε ἀποστερῶ, καὶ τῆς ἀξίας τῶν πρωτοτόκων ἐκβάλλω. *Ἠσύχασον*· εἰ γὰρ καὶ τῆς παρ' ἐμοῦ τιμῆς ἤξιώται, καὶ εὐπρόσδεκτα αὐτοῦ γέγονε τὰ δῶρα, ἀλλὰ *Πρὸς σὲ ἡ ἀποστρέφῃ αὐτοῦ, καὶ σὺ ἄρξεις αὐτοῦ.* Ὅποτε καὶ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν ταύτην ἔχειν σε συγχωρῶν τὰ προτερήματα τῆς πρωτοτοκίας, κάκενον ὑπὸ τὴν σὴν ἐξουσίαν εἶναι κελεύω, καὶ ὑπὸ τὴν ἀρχὴν τὴν σὴν. Ὅρα φιλοφρόνως ἀσπόμενος, πῶς αὐτοῦ βούλεται τὸν θυμὸν καὶ τὴν μανίαν καταστῆλαι, καὶ τὴν ὀρμὴν ἐκκόψαι διὰ τῶν βῆματων τούτων. Τὰ γὰρ κινήματα τῆς διανοίας αὐτοῦ κατοπεύων, καὶ τῆς φονικῆς αὐτοῦ γνώμης ἐπιστάμενος τὸ ἀπνῆξ, ἥδη προλεθῆναι αὐτοῦ βούλεται τὸν λογισμὸν, καὶ γαλήνην ἐργάσασθαι αὐτοῦ τῇ διανοίᾳ, ὑποτάττων αὐτῶ τὸν ἀδελφόν, καὶ τὴν ἐξουσίαν αὐτοῦ μὴ ὑποταξιμόμενος. Ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν τοσαύτην ἐπιμέλειαν καὶ μετὰ τοσαῦτα τὰ φάρμακα οὐδὲν πλέον ὁ

Καὶν ἀπάνωτο. Τοσοῦτόν ἐστι γνώμης διαφορὰ, καὶ κακίας ὑπερβολή.

Ἡ. Ἀλλ' ἵνα μὴ ἐπὶ πλέον ἐκτείναντες τὸν λόγον δόξωμεν παρενοχλεῖν τὴν ὑμέτεραν ἀγάπην, καὶ προσκορῆς ὑμῖν νομισθῆ ἡ παρ' ἡμῶν ὀμίλια ἢ τὰς ἀκοὰς ὑμῶν ἀποκναίουσα, ἐνταῦθα καταπαύσαντες τὸν λόγον, ἔκεινο παρακαλέσωμεν ὑμῶν τῇ φιληκοίᾳ, μισῆσαι τὴν τοιαύτην μίμησιν, καὶ τῇ κακίᾳ ὅ πολλὰ χείρειν προσεπόντας, τὰς τοῦ Κυρίου ἐντολὰς μετ' ἐπιμελείας πολλῆς καὶ ἐξ ὅλης καρδίας μετέρχεσθαι, καὶ μάλιστα μετὰ τοσούτων καὶ τηλικούτων παραδειγμάτων. Οὐδὲ γὰρ εἰς ἀγωνίαν λοιπὸν ἡμῶν τις καταφυγεῖν δυνήσεται. Εἰ γὰρ οὕτος, λέγω δὴ ὁ Καὶν, μηδένα ἔχων τῶν πρὸ αὐτοῦ γενονότων εὐρεῖν τοιοῦτόν τι διαπραξάμενον, ὅμως τὴν ἀνύποιστον ἐκείνην [161] καὶ χαλεπὴν ὑπέμενε τιμωρίαν, ὡς μετέπειτα γνωσθήσεται, τί πείσεσθαι ἡμᾶς εἰκός, τὰ αὐτὰ ἢ καὶ χείρονα ἁμαρτάνοντας, μετὰ τὴν τοσαύτην τῆς χάριτος δαψύλειαν; ἢ πάντως τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, τὸν σκόλωμα τὸν ἀτελεύτερον, τὸν βρυγμὸν τῶν ὀδόντων, τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον, τὴν γέννηαν τοῦ πυρός, καὶ τὰς ἄλλας τὰς ἀπαραιτήτους τιμωρίας ἡμᾶ; ὑποδέξασθαι; Οὐδὲ γὰρ ἀπολογία τις λοιπὸν ὑπολείπεται, οὕτω βραθύμως ἡμῶν διακειμένους καὶ ἀναπεπτωκότων. Μὴ γὰρ οὐκ ἴσμεν ἅπαντες τὰ πρακτέα, καὶ τὰ μὴ τοιαῦτα; καὶ ὅτι οἱ μὲν τὰ πρῶτα πράττοντες, τὰ πρωτεία τῶν στεφάνων ἔξουσιν, οἱ δὲ τοῖς ἐσχάτοις ὑποπεσόντες τῶν ἐσχάτων ὑποστήσονται κολαστηρίων τὴν καταδίκην; Διὸ παρακαλῶ καὶ δέομαι καὶ ἀντιβολῶ, μὴ ἀνόνητος ἡμῶν ἡ ἐνταῦθα συνέλευσις γενέσθω, ἀλλὰ τῇ τῶν λόγων ἀκρόασις καὶ τὰ ἔργα ἐπακολουθεῖτω ἰ, ἵνα τὴν ἀπὸ τοῦ συνειδότος ἔχοντες πληροφορίαν καὶ ταῖς χρῆσταις ἐλπίσιν ἐντεῦθεν ἦδη τρεφόμενοι, δυναθώμεν τῶν δυσχερῶν τοῦ παρόντος βίου εὐμαρῶς τὸ πέλαγος διαπλεύσαντες, εἰς τὸν λιμένα καταστήσῃ τῆς τοῦ Θεοῦ φιλοφροσύνης, καὶ τῶν ἀπορρήτων ἐκείνων ἀγαθῶν ἐπιτυχεῖν, ὧν ἐπηγγεῖλατο Κύριος τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. χάριτι καὶ οἰκτιρμοῖς τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ Ἰησοῦ, μεθ' οὗ τῶ ἀγίῳ καὶ προσκυνητῶ αὐτοῦ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ ΙΘ'.

Καὶ εἶπε Καὶν πρὸς Ἄβελ τὸν ἀδελφόν αὐτοῦ· Διέλωμεν δὴ εἰς τὸ πεδίον.

α'. Καθάπερ τὰ ἀνίατα τῶν τραυματίων οὐδὲ τοῖς αὐστηροῖς τῶν φαρμάκων εἶκει, οὐδὲ τοῖς γλυκαίνειν αὐτὰ δυναμένοις· οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ ἐπειδὴν ἅπασι αἰχμάλωτος γένηται, καὶ ἑαυτὴν ἐκδῶ ᾄτινι δὴποτε πλημμελήματι, καὶ μὴ βούληται τὸ ἑαυτῆς συμφέρον συνιδεῖν, κἂν μυρία τις ἐνηχῆ, οὐδὲν κερδαίνει, ἀλλὰ καθάπερ νεκρὰς ἀκοὰς κεκτημένη, οὐδεμίαν ἀπὸ τῆς παραινέσεως δέχεται τὴν ὑφέλειαν, οὐκ ἐπειδὴ μὴ δύναται, ἀλλ' ἐπειδὴ μὴ βούλεται β. Οὐδὲ γὰρ καθάπερ ἐπὶ τῶν σωματικῶν τραυματίων ἔστιν ἰδεῖν, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς προαιρέσεως. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν σωματικῶν ἀκίνητὰ ἐστὶ πολλάκις τὰ τῆς φύσεως πάθη· ἐπὶ δὲ τῆς προαιρέσεως οὐδὲν τοιοῦτον· ἀλλ' ἐστὶ πολλάκις καὶ τὸν φαῖλον θελήσαντα μεταβαλέσθαι, καὶ γενέσθαι καλόν, καὶ τὸν καλὸν βραθυμῶσαντα πρὸς τὴν κακίαν ἐξολισθῆσαι β. Ἐπεὶ οὖν αὐτεξοῖσιον ἡμῶν τὴν φύσιν εἰργάσατο ὁ τῶν ὄλων Θεός; τὰ μὲν γὰρ ἑαυτοῦ ἅπαντα ἐπιδείκνυται ἰ, καὶ τὴν οἰκείαν φιλοφροσύνην μιμούμενος, καὶ τὰ ἀπόβρητα καὶ τὰ ἐν τῷ

α' Alii διδασκαλία. β Reg. καὶ τὴν κακίαν. γ Savil. et alii quod mss. ἐπακολούθησεν ἔπειτα. δ Reg. unus οὐκ ἐπειδὴ μὴ κίνηται, ἀλλ' ἐπειδὴ μὴ δύναται. ε Savil. et quidam alii αὐτομολῆσαι. ζ Reg. unus et Savil. ἐπιτεκνύμενος.

α Alii οὐ σύνθετος. β Morel. et quidam alii γὰρ ὁ Θεός.

γ Alii πρωτοτοκίωσι σε ἐκβάλλω.

vultus tuus? cur ex hac re conturbaris? quare non a te ipso quod oportebat fieri, considerasti? Num homini sacrificium obtulisti, qui falli possit? ignoras, mihi non esse opus ut aliquid offeratur, sed me sanam offerentium mentem velle? *Quare inæstus factus es? et quare concidit vultus tuus? Nonne si recte obtuleris, non autem recte divides, peccasti?* Quod in animum induxisti, esse offerendum, laude dignum est; quod vero non recte divides, id ut oblatum repudiaretur effecit. Oportebat enim offerentem Deo, in discernendo magnam adhibere diligentiam: et quantum differunt qui offert et qui accipit, tanta et in discretionem facienda diversitas. At horum nihil tu cogitasti, sed ut fortuito contigit, obtulisti. Atque idcirco non potuerunt esse accepta. Nam sicut animus tuus, quo oblationem fecisti, nihil intermedii esse existimans, effecit ut rejicerentur ea quæ a te sunt oblata: sic fratris tui animus, qui rectus fuit, et multum in discernendo studium habuit, accepta illius dona fecit. Verumtamen neque sic pœnam delicti repeto, sed ostendo dumtaxat delictum, et consilium affero, quod si accipere volueris, et peccatum emendabis, et te ipsum gravioribus malis non involves. Quid igitur? Peccasti, et graviter peccasti, sed non punio propter delictum: benignus enim sum, et *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat* (Ezech. 18. 23). Igitur quia peccasti, *Quiesce*, tranquillitatem per cogitationibus tuis, et libera mentem a procellis fluctuum inundantium, cohibe perturbationem illam, ne addas priori peccato gravius aliud, neque consilium aliquod immedicabile arripias. Ne te ipsum maligno dæmoni captivum tradas. *Peccasti, quiesce*. Sciebat ab initio quod fratrem hic adoriturus esset, et ideo antea verbis reprimit. Nam quia tamquam Deus, cui etiam arcana sunt cognita, sciebat cordis illius motus, multum admonendo, et verba illius infirmitati accommoda proferendo congruentem ipsi medicinam protulit, quæ in se erant omnia faciens, tametsi ille repulso medicamento, in fratricidii profundum se præcipitavit. *Peccasti, quiesce*. Ne putes, inquit, licet tuum aversatus sim sacrificium ob pravam mentem, fratrisque oblationem acceptam habuerim ob sanam intentionem, me ideo primatu te destituere, et primogenituræ dignitatem a te auferre. *Quiesce*; nam licet honore ego illum prosequutus fuerim, acceptaque fuerint illius dona: verumtamen *Ad te conversio illius, et tu ipsius dominaberis*. Itaque post peccatum hoc permitto, ut primogenituræ privilegiis gaudeas, illumque sub tua potestate et dominio esse jubeo. Vide benignitatem Domini, quomodo furorem et insaniam illius demulcere, et verbis his impetum auferre nititur. Quippe motus mentis illius videns, et crudelem ac sanguinariam illius voluntatem sciens, nunc præmitigare ejus rationem vult et serenitatem menti inducere, subjiciendo ipsi fratrem, et potestatem ipsius nihil minuendo. Verumtamen post tantam curam et tanta remedia nihil commodi Cain inde retulit. Tantum valet mentis diversitas et malitiæ excessus.

7. *Moralis epilogus.* — Sed ne longius protracta oratio nostra caritati vestræ molestiam exhibere videatur, neve tædium vobis afferre hic sermo noster censeatur, et aures vestras obtundat, hic finem dicendi facientes, vestrum audiendi studium cohortemur, ut caveatis ne istum imitemini, et ut relicta omni malitia, mandata Domini attente ac diligenter perficiatis, præsertim post tanta taliaque exempla. Neque enim ad ignorantiam deinceps quisquam nostrum confugere poterit. Nam si hic, Cain inquam, nullum ante se invenit, qui tale quiddam egerit, nihilominus tamen intolerabilem et gravem illam sustinuit pœnam, quam et vos postea sciatis, quid verisimile est nos passuros, qui eadem, vel etiam graviora peccamus, idque post tantam gratiæ largitatem? nonne ignem æternum, vermem qui non interibit, stridorem dentium, tenebras exteriores, gehennam ignis, et alias inevitabiles pœnas quæ nos excepturæ sunt? Nulla enim defensio nobis relicta est, si ita negligentes et ignavi fuerimus. Nonne scimus omnes quæ sint faciendæ, quæ non faciendæ? et eos qui priora faciunt, principes coronas assequutos esse, eos autem qui in extrema incidunt, extremis suppliciis esse puniendos? Ideo precor atque obsecro, ne conventus iste noster inutilis sit, sed ut quæ auribus hausta sunt, eadem et factis expromantur, ut nobis bene conscii, atque interim bona spe freti, difficile hoc præsentis vitæ pelagus facile trajicientes, in portum benignitatis Dei pervenire, et ineffabilia bona illa consequi valeamus, quæ promisit Dominus diligentibus se, gratia et misericordia unigeniti ejus Filii, cum quo sancto et adorando ejus Spiritui gloria, honor, et imperium, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XIX.

Et dixit Cain ad Abel fratrem suum: Egrediamur in campum (Gen. 4. 8).

1. *Misera peccati servitus. Homo libertate arbitrii donatus. Deus necessitatem non imponit.* — Quemadmodum incurabilia vulnera neque austeris medicamentis cedunt, neque lenientibus: ita et anima semel captiva, si se peccato cuiquam obnoxiam fecerit, et considerare noluerit quæ sibi sunt utilia, etiam si quis innumera inculcet illius auribus, nihil proficiet: sed quasi mortuæ essent aures, nullam ex admonitione suscipit utilitatem: non quia non potest, sed quia non vult¹. Non enim sicut et in corporalibus vulneribus videri solet, ita et in voluntate est. Nam in corporalibus naturæ affectiones sæpe immobiles sunt, in voluntate autem non ita se res habet: sæpe enim si voluerit etiam qui malus est, mutatur, et fit bonus: et qui bonus, per ignaviam excidit, et fit malus. Quia ergo liberi arbitrii esse nostram naturam fecit omnium Dominus², ipse quidem quæ sua sunt omnia pro sua misericordia semper exhibet: et sciens abscondita in

¹ Reg. unus, non quod evidentia absit, sed quod absit potentia.

² Has voces, omnium Dominus (ὁ τῶν ἅλων Θεός), quæ desunt in Morel. et Montef., addidimus e Savillo.

profundo mentis et arcana, hortatur, consulit, conatusque nostros malos præveniens reprimat. Et necessitatem utique non imponit, sed congruentibus remediis appositis, totum situm in ægrotantis sententia dimittit. Hoc igitur et in Cain nunc factum est. Vide enim post tantam providentiam et sui curam, in quantam incidit insaniam. Oportebat enim conscium peccati sui in emendando postea occupatum esse; at ille quasi ebrius, affectui et vulneri priori aliud ulcus conjungens, et medicinam tanta diligentia adhibitam non admittens, sed destinatam eadem in opus perducere festinans, a dolo et versutia exorditur, et falsicibus verbis fratrem decipit. Tam effusus est homo, qui in nequitiam declinavit. Nam sicut magnum et venerandum est rationale hoc animal, et maxime quando in virtutis viam contendit: ita quando in malum declinat, truculentarum bestiarum imitatur crudelitatem. Quin et cum feroces illarum mores assumpserit, quamvis rationale et mansuetum animal sit, multis tamen nominibus illarum superat ferociam. Videamus igitur et istic quid acciderit. 8. *Et dixit Cain, inquit, ad Abel fratrem suum: Egrediamur in campum.* Verba quidem fratris, mens autem homicidæ. Quid facis, o Cain? nescis cui loqueris? non cogitas tibi cum fratre colloquium esse? non reputas, eodem quo tu utero natum esse? non animo concipis abominabiles conatus? non times judicem qui falli nequit? non horret mens tua facinus? Cur in campum vocas fratrem, et foras a paternis ulnis abducis? quare ipsum paterno auxilio desistis? Quid novi accidit, quod nunc fratrem in campum trahis, et id quod prius non fecisti, nunc facere attentas, et amicitie occasione fraternam benevolentiam prætexendo, hostilia quoque perpetrare deliberas? Quæ insaniam? quæ rabies? Esto, excæcatus mente fraternæ affectionis nullam rationem habeas, neque naturam agnoscas: cur adversus illum ad bellum te instruis, qui nulla te injuria affecit? quid item habes quod parentibus objicias, quos tanta mœstitia affligere deliberas, et auctor esse terribilis tragœdiæ, ut primus eis violentam hanc mortem ostendas? Has illis mercedes reddis tuæ educationis? Quæ diaboli ars in hoc te flagitium impulit? An dicere potes benevolentiam Domini erga illum, ipsum adversum te arrogantem reddidisse? Nonne præcavens ob hanc sanguinariam tuam mentem subiecit illum tibi, et tuæ potestati subdidit, et dixit, *Quia ad te conversio illius, et tu ipsius dominaberis?* Nam hoc de fratris subiectione accipiendum est. Sunt enim aliqui dicentes, de sacrificio ab eo oblato Deum talia dixisse: *Ad te conversio*, inquit, scilicet doni illius, *et tu ipsius dominaberis*: id est, eo frueris. Et ideo utrumque sensum dixi, relinquens vestræ prudentiæ, id quod dictis magis congruum videtur, eligendum. Mibi enim videtur de fratre esse dictum. *Et factum est, cum essent ipsi in campo, surrexit Cain contra Abel fratrem suum, et occidit illum.* Horrendum facinus, periculosi ausus, abominabile opus, irremissibile peccatum, efferræ animæ propositum. Surrexit, inquit, contra Abel fratrem suum, et occidit illum.

O abominabilem manum! o dexteram miserabilem! imo non manum oportet vocare abominabilem et miserabilem, sed mentem cui membrum servivit. Dicamus igitur sic, o audacem mentem, et abominabilem et miserabilem! et quidquid dici potest, non satis dicitur. Quomodo non obtorpuit ejus manus? quomodo potuit tenere gladium¹, et infligere plagam? quomodo non avolavit a corpore anima? quomodo valuit operari tam nefandum facinus? quomodo non inflexa est, et Cain non mutavit sententiam? quomodo non cogitavit naturam? quomodo non consideravit, antequam adoriretur nefas, operis finem? quomodo sustinuit post facinus, videre corpus fratris spiritum efflantem et palpitantem super terram? quomodo potuit videre mortuum et humi projectum, et a spectaculo non statim dissolutus est? Nam cum nos post tot annorum numerum, cum quotidie morientes videmus, quamvis naturali morte, et sanguine nihil nobis junctos, viribus destituimur, et si inimicus sit, inimicitarum finem facimus: quanto magis hunc desperare par erat, et statim emittere animam, cum videret fratrem, qui paulo antea loquebatur, eadem matre natum, eodem patre genitum, ejusdem uteri partu editum, Deo singulari benevolentia acceptum, subito absque spiritu et operatione jacentem, et super terram palpitantem?

2. At videamus post nefarium illud facinus, et post flagitium nulla venia dignum quanta iterum indulgentia quantaque benignitate omnium Deus utitur. 9. *Et dixit Deus ad Cain.* Idipsum vel solum quantæ honoritatis fuerit, quod eum qui tanta facinora commiserit, colloquio dignetur? Nara cum nos sæpe cognatos nostros abominemur, si quando viderimus eos tale quoddam facinus perpetrasse: multo magis bonum Deum mirari par est tanta utentem tolerantia: et jure merito. Modicus enim est, et clementissimus pater: et sicut medicus nihil non facit ut qui gravi morbo laborant, ad sanitatem reducantur: et sicut clementissimus pater filios, qui nobilitatem suam per ignaviam amisere, paterna indulgentia ad pristinam felicitatem restituere cupit. Proinde quia immensæ bonitatis est, iterum benignitatem suam illi, qui talia fuerat ausus, ostendere vult. Dicit enim illi: *Ubi est Abel frater tuus?* Multa et immensa Dèi patientia est. Non enim interrogat quasi ignoret, sed idipsum agit, quod et patri illius fecerat: nihil enim obstat, quin idem denuo dicatur. Nam quemadmodum illum, cum se præ pudore nuditatis tegetet, rogabat: *Ubi es (Gen. 3. 9)?* non ignorans, sed fiduciæ occasiones illi præbens, ut per confessionem peccati delictum ablueret (hunc enim morem habet, ut ab initio a nobis peccatorum exigit confessionem, et veniam præbeat), ita et nunc rogat Cain, et inquit: *Ubi est Abel frater tuus?* Ignorantiam simulat benignus Dominus, hæc interrogatione eum, qui talia commiserat, præparans, ut ad peccati confessionem adduceretur, possetque veniam forte et misericordiam assequi. *Ubi est Abe!*

¹ Regius unus, quomodo potuit adigere gladium.

βάθει τῆς διανοίας κινούμενα ἐπιστάμενος παραινεί, συμβουλεύει, προαναστέλλει τῆς κακῆς ἐπιχειρήσεως· οὐ μὴν ἀνάγκην ἐπιτίθισιν, ἀλλὰ τὰ φάρμακα κατά- ληλα ἐπιθεῖς, ἀφίησιν ἐν τῇ γνώμῃ τοῦ κάμνοντος κεί- σθαι ἐπὶ πάν. Τοῦτο τοῖνον καὶ ἐπὶ τοῦ Κάιν νῦν γέγονεν. Ὅρα γὰρ μετὰ τοσαύτην κηδεμονίαν [162] εἰς ὅτην ἦδη μανίαν ἐξώκειλε. Δέον γὰρ συνειδότα τὴν ἀμαρτίαν περὶ τὴν ταύτης διόρθωσιν λοιπὸν ἀσχοληθῆναι· ὁ δὲ καθάπερ μεθῶν, τῷ πάθει καὶ τῷ τραύματι τῷ προλαβόντι ^a ἔλικος ἕτερον συνάπτων καὶ τὴν λατρείαν οὐ προσιέμενος τὴν μετὰ τοσαύτης ἐπιμελείας προσαχθεῖσαν αὐτῷ, ἀλλὰ τὸν οἰκεῖον φόνον εἰς ἔργον ἀγαγεῖν ἐπιειγόμενος, ἀπὸ δόλου καὶ πανουργίας τὴν ἀρχὴν ποιεῖται, καὶ τοῖς πε- πλανημένοις βήμασιν ἀπατᾷ τὸν ἀδελφόν. Τοσοῦτον θη- ριώδης ἐστὶν ἄνθρωπος εἰς κακίαν ἀποκλίνας. Ὅσπερ γὰρ μέγα καὶ τίμιον τὸ λογικὸν τοῦτο ζῶον, καὶ μάλιστα ἐπειδὴν ἐπὶ τὴν τῆς ἀρετῆς ἐργασίαν ὀρμῆση, οὕτως ὅταν πρὸς κακίαν ἀποκλίνη, τῶν ἀνημέρων θηρίων μι- μεῖται τὴν ὠμότητα. Ἄλλα καὶ εἰς τὴν ἐκείνων πάλιν μεταπέσειν ἀγριότητα, τὸ ἤμερον τοῦτο καὶ λογικὸν ζῶον ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος νικᾷ τὴν ἐκείνων θηριω- δίσιν. Ἰδῶμεν οὖν καὶ ἐνταῦθα τί γίνεται. Καὶ εἶπε, φησί, Κάιν πρὸς Ἄβελ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, διέλω- μεν δὴ εἰς τὸ πεδῖον. Τὰ μὲν βήματα ἀδελφοῦ, ἡ δὲ γνώμη φονικῆ. Τί ποιεῖς, ὦ Κάιν; οὐκ οἶδας πρὸς τίνα διαλέγη; οὐκ ἔννοεῖς ὅτι πρὸς ἀδελφόν σοι γίνεται; ἡ διά- λεξις; οὐ λογίζῃ ὅτι τὰς ἀτάς σοι ἔλυσεν ὠδίνας; οὐ λαμβάνεις εἰς ἔννοιαν τὸ μυσαρὸν τῆς ἐπιχειρήσεως; οὐ φοβῆ τὸν ἀπαραλόγιστον δικαστῆν; οὐ φρίττεται τὴν ἔν- νοιαν τοῦ τολμήματος; Τίνος γὰρ ἔνεκεν εἰς τὸ πεδῖον ἔλκεῖς τὸν ἀδελφόν, καὶ ἐξωτῶν ἀγαλῶν τῶν πατρικῶν ἐξάγεις; τίνος ἔνεκεν ἔρημον ποιεῖς τῆς πατρικῆς αὐτὸν βοηθείας; Τί τὸ ξῆνον, ὅτι νῦν εἰς τὸ πεδῖον ἔλκεῖς τὸν ἀδελφόν, καὶ ὅπερ πρότερον οὐκ ἐποίησας, νῦν ποιεῖν ἐπιχειρεῖς; καὶ προφάσει φιλοσοφίας εὐνοίαν ἀδελφι- κὴν προβαλλόμενος, τὰ τῶν πολεμίων αὐτῷ διαθεῖναι βουλεύῃ ^b; Τίς ἡ μανία; τίς ἡ λύσσα; Ἔστω, πηρωθεῖς τὸν λογισμὸν οὐδένα λόγον ποιῆ τῆς ἀδελφικῆς διαθέ- σεως, ὅτε τὴν φύσιν αὐτὴν ἐπιγνώσκεις· ἀλλὰ τί πρὸς τὸν οὐδὲν ἡδικηκότα οὕτως ἐξεπολεμώθης; τί καὶ τοῖς γονεῦσιν ἔχων ἐγκαλεῖν τοσαύτην αὐτοῦς καθήφειαν ^c πε- ριβαλεῖν βουλεύῃ, καὶ ἀρχηγὸς γενέσθαι τοῦ φοβεροῦ τοῦτου δράματος, καὶ πρώτος τὸν βίαιον τοῦτον θάνα- τον αὐτοῖς ὑποδείξει; Ταύτας αὐτοῖς ἀποδίδος τὰς ἀμοι- θὰς τῆς ἀνατροφῆς; Ποῖα τοῦ διαβόλου μηχανῆ εἰς ταύ- την σε τὴν πρᾶξιν παρώρμησε; Μὴ γὰρ ἔχεις εἰπεῖν, ὅτι ἡ εὐνοία τοῦ κοινοῦ πάντων Δεσπότου, ἡ περὶ αὐτὸν, ἐπαρῆθαι αὐτὸν ἐποίησε κατὰ σοῦ; Οὐχὶ προλαβὼν διὰ ταύτην σου τὴν φονικὴν γνώμην ὑπέταξεν αὐτὸν, καὶ ὑπὸ τὴν σὴν ἐξουσίαν εἶναι πεποιθε, καὶ εἶπεν, ὅτι Πρὸς σέ ἡ ἀποστροφή αὐτοῦ, καὶ σὺ αὐτοῦ ἄρξεις; Καὶ γὰρ περὶ τῆς τοῦ ἀδελφοῦ ὑποταγῆς τοῦτο ἐκλαμβάνειν δεῖ. Εἰσὶ γὰρ τινες λέγοντες, ὅτι περὶ τῆς Ουσίας τῆς προσενσχέσεως παρ' αὐτοῦ ὁ Θεὸς πρὸς αὐτὸν διελέχθη τὰ τοιαῦτα, ὅτι Πρὸς σέ, φησί, ἡ ἀποστροφή αὐτοῦ, τοῦ δώρου, καὶ σὺ ἄρξεις αὐτοῦ, ἀπὲρ τοῦ, σὺ αὐτοῦ [165] ἀπολαύσεις. Διὰ τοῦτο οὖν ἀμφότερα εἰπὼν κατα- λιμπάνων τῇ ὑμετέρα συνέσει, ἔν' ὅπερ ἂν ἡμῖν ἀκούου- θότερον φανῇ, δέξασθε καὶ αὐτοὶ τοῦτο. Ἐμὸι ^d γὰρ δοκεῖ περὶ τοῦ ἀδελφοῦ εἰρησθαι τοῦτο. Καὶ ἐγένετο,

φησὶν, ἐν τῷ εἶναι αὐτοὺς ἐν τῷ πεδίῳ, ἀνέστη Κάιν ἐπὶ Ἄβελ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ ἀπέκτεινεν αὐτόν. Φοβερὰ ἡ πράξις, ἐπικίνδυνον τὸ τόλμημα, μυσαρὰ ἡ ἐπιχειρήσις, ἀσύγνωστον τὸ ἀμαρτημα; τεθηρωμένης ψυχῆς ἡ γνώμη. Ἀνέστη, φησὶν, ἐπὶ Ἄβελ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ ἀπέκτεινεν αὐτόν. Ὡ μισαρὰ χειρὸς ὁ δε- ξιάς ἔλεινῆς· μᾶλλον δὲ οὐ τὴν χεῖρα ἔλεινῆν δεῖ κα- λεῖν καὶ μισαρὰν, ἀλλὰ τὴν γνώμην, ἢ καὶ τὸ μέλος ὑπερ- ετήσατο. Εἶπωμεν τοῖνον οὕτως· ὁ γνώμης τολμηρὰς, καὶ μισαρὰς, καὶ ἔλεινῆς, καὶ ὅπερ ἂν εἴποι τις, οὐδὲν ἄξιον ἐρεῖ. Πῶς οὐκ ἐνάραχσεν αὐτοῦ ἡ χεῖρ; πῶς ἡδυ- νήθη κατασχεῖν ^e τὸ ξίφος, καὶ τὴν πληγὴν ἐπαγαγεῖν; πῶς οὐκ ἀπέπητο τὸ σῶματος ἡ ψυχῆ; πῶς ἔσχεσεν εἰς ἔργον ἀγαγεῖν τὸ ἀνόσιον τοῦτο τόλμημα; πῶς οὐκ ἐπε- κάμφθη, καὶ μετέβαλε τὴν γνώμην; πῶς οὐκ ἔλαθεν ἔννοιαν τῆς φύσεως; πῶς οὐκ ἐλογίσαστο πρὸ τῆς ἐπιχει- ρήσεως τὸ τέλος τοῦ γινομένου; πῶς ἠνεγκε μετὰ τὴν ἀναίρεσιν ἰδεῖν τὸ σῶμα τοῦ ἀδελφοῦ σπαίρον ἐπὶ τῆς γῆς; πῶς ἔσχεσε θεάσασθαι σῶμα νεκρὸν ἐπὶ τῆς γῆς ἔβριμμένον, καὶ οὐ ἐλύθη εὐθὺς ἀπὸ τῆς θείας; Εἰ γὰρ ἡμεῖς μετὰ τοσοῦτον ἐτῶν ἀριθμὸν, καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὀρώντες τοὺς τελευτῶντας, καὶ ταῦτα οικεῖα τελευτῆ τῆς ζωῆς μεμιστημένους, καὶ οὐδαμῶθεν ἡμῖν προσήκοντας, κατακλιόμεθα· κἂν ἐχθρὸς ἦ, καταλύομεν τὴν ἐχθραν· πολλῷ δὴ μᾶλλον τοῦτον εἰκὸς ἦν διαλυθῆ- ναι, καὶ ἀθρόον ἀφεῖναι τὴν ψυχὴν, ὀρώντα τὸν πρὸ μικροῦ διαλεγόμενον, ἀδελφὸν τὸν ὁμομήτηρον, τὸν ὁμο- πάτριον, τὸν τὰς ἀτάς αὐτῶν αὐτῷ λύσαντα ὠδίνας, τὸν τὴν παρὰ Θεοῦ εὐνοίαν ἐπισπασάμενον, ἐξαίρνης ἄπουν καὶ ἀνενέργητον κείμενον, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς σπαίροντα.

β'. Ἄλλ' ἰδῶμεν πάλιν καὶ μετὰ τὴν ἀνοσίαν ταύτην πρᾶξιν, καὶ μετὰ τὸ τολμήσαι τοῦτο τὴ πάσης συγγνώμης ἀπεστερημένον, πόση κέχρηται συγκαταβάσει καὶ φι- λανθρωπίᾳ ὁ τῶν ἀπάντων Θεός. Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς πρὸς Κάιν. Αὐτὸ τοῦτο μόνον πόση ἐστὶν ἀγαθότητος, τὴν τὰ τοιαῦτα ἐργασάμενον ἀποκρίσας ἀξιώσαι; Εἰ γὰρ ἡμεῖς πολλάκις τοὺς ὁμογενεῖς βδελυττόμεθα, ἐπειδὴν ἰδῶμεν τοιοῦτόν τι τόλμημα ἐργασάμενος· πολλῷ μᾶλλον τὸν ἀγαθὸν Θεὸν ἐκπλήττεσθαι δεῖ τοσαύτη τῇ ἀνεξικακίᾳ κεχρημένον, καὶ μάλ' αἰκότως. Ἰατὴρ γὰρ ἐστὶ, καὶ πατὴρ φιλόστοργος· καὶ ὡς μὲν ἱατὴρ πάντα ποιεῖ καὶ πραγματεύεται, ὥστε τοὺς ἐν χαλεπαῖς ἀβρώσταις τυγ- χάνοντας πρὸς ὑγίαιαν ἐπαναγαγεῖν· ὡς δὲ πατὴρ φιλό- στοργος τοὺς τὴν οικείαν εὐγένειαν διὰ βραθυμίαν προδε- δωκότας βούλεται διὰ τῆς πατρικῆς φιλοστοργίας εἰς τὴν προτέραν ἀγαγεῖν εὐημερίαν. Ἐπεὶ οὖν πολὺ τῆς ἀγαθό- τητός ἐστιν αὐτοῦ τὸ μέγεθος, βούλεται καὶ πρὸς τὸν τὰ τοιαῦτα τετοληκότα πολλὴν τὴν ἑαυτοῦ φιλανθρωπίαν ἐπιδείξασθαι. Φησὶ γὰρ πρὸς αὐτόν· [164] Ποῦ ἐστιν Ἄβελ ὁ ἀδελφός σου; Πολλὴ καὶ ἄπειρος ἡ ἀνεξικακία τοῦ Θεοῦ. Οὐ γὰρ ἐπειδὴ ἠγνοεῖ ἠρώτα, ἀλλ' ὅπερ ἐπὶ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ πεποιθήκεν οὐδὲν γὰρ κωλύει πάλιν τὸ αὐτὸ εἰπεῖν. Καθάπερ γὰρ ἐκείνον ὀρῶν διὰ τὴν αἰσχύ- νην τῆς γυμνότητος κρυπτόμενον ἠρώτα, Ποῦ εἶ; οὐκ ἄγνων, ἀλλὰ παβήσας αὐτῷ ἀφορμὰς διδοὺς, ὥστε διὰ τῆς ὁμολογίας τοῦ πταισματος ἀπονίψασθαι τὸ πλημ- μέλημα (τοῦτο γὰρ ἔθος αὐτῷ, ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς τὴν ὁμολογίαν ἀπαιτεῖν παρ' ἡμῶν τῶν ἡμαρτημένων, καὶ συγχώρησιν παρέχειν)· ἐρωτᾷ καὶ νῦν τὸν Κάιν, καὶ φησὶ, Ποῦ ἐστιν Ἄβελ ὁ ἀδελφός σου; Ἄγνοιαν προσποιεῖται ὁ φιλόανθρωπος Δεσπότης, ἵνα διὰ τῆς ἐρω- τήσεως παρασκευάσῃ τὸν τὰ τοιαῦτα εἰργαζόμενον ἐπει-

^a Quinque mss. et Savil. προτέρω. ^b Quinque mss. et Savil. βούλει. ^c Reg. unus et Cois. in. τοσαύτη αὐτοῖς καθήφει. ^d Συνέσει, ὅπερ ἂν ἡμῖν καταλλήλους τοῖς εἰρημένοις γινέται· κατὰ τοῦτο καὶ αὐτοὶ τὸ τοιοῦτον δέξασθε. Ἐμοί. Sic quidam mss.

• Regius unus καταγαγεῖν.

χθῆνα· πρὸς τὴν ὁμολογίαν τοῦ πλημμελήματος, καὶ δυ-
νηθῆ συγγνώμης τινὸς ἰσως καὶ φιλανθρωπίας ἐπιτυ-
γεῖν. *Ποῦ ἔστιν Ἄθεα ὁ ἀδελφός σου; Τί οὖν ὁ*
ἀγνώμων καὶ ἀναίσθητος, ὁ ἰταμὸς καὶ ἀναίσχυτος;
Δέον ἐνοῆσαι ὅτι οὐκ ἀγνοῶν ἐρωτᾷ, ἀλλὰ τὴν παρ'
αὐτοῦ ἀπειτῶν ὁμολογίαν α, καὶ ἡμᾶς παιδεύων μηδέ-
ποτε πρὸ τῆς ἀποδείξεως καταψηφίζεσθαι τῶν ἀδελφῶν
τῶν ἡμετέρων, καὶ εἰς ἔννοιαν ἔλθειν τῆς τοῦ Δεσπότη
συμβουλῆς, καὶ ταύτην αὐτοῦ τὴν ἐπιχείρησιν ἀναστέλ-
λων, καὶ εἰδῶς καὶ πρὸ τῆς ἐκδόσεως τὴν ἐν τῇ διανοίᾳ
αὐτοῦ κίνησιν, προσφυλακτικοῖς ἐχρήσατο φαρμάκοις·
δέον ταῦτα πάντα ἐνοήσαντα μέχρι τούτου στήσαι τὰ
τῆς μανίας, καὶ εἰπεῖν τὸ γεγονός, καὶ δεῖξαι τῷ Ιατρῷ
τὸ ἔλκος, καὶ δέξασθαι τὰ παρ' αὐτοῦ φάρμακα· ὁ δὲ
πάλιν ἐπιτείνει τὸ τραῦμα καὶ τὴν νομὴν τῶν ἐλκῶν
βαρύτεραν ἐργάζεται. Καὶ εἶπε, φησὶν, Οὐ γινώσκω.
Ὅρα ἀποκρίσεως ἀναίδειαν. Μὴ γὰρ ἀνθρώπων διαλέγη,
ὄν ἰσως καὶ παραλογίσασθαι δυνατόν ἦν; Οὐκ οἶδας,
ἄλλῃ, καὶ ταλαίπωρε, τίς ἔστιν ὁ πρὸς σέ διαλεγόμενος;
οὐ λογίζῃ, ὅτι διὰ πολλὴν ἀγαθότητα πυνθάνεται, βου-
λόμενος ἀφορμὴν τινα εὐρεῖν, δι' ἧς τὴν οικεῖαν ἐπιδεί-
ξῃται φιλανθρωπίαν, καὶ ἵνα λοιπὸν τὰ παρ' ἑαυτοῦ
ἅπαντα ἐπιδείξαι μόνον, μηδεμίαν ἐχρῆς ἀπολογίαν τῇ τι-
μωρίᾳ σαυτὸν ὑπεύθυνον καταστήσας;

Καὶ εἶπε, φησὶν, Οὐ γινώσκω. Μὴ φύλαξ τοῦ ἀδελ-
φοῦ μου εἰμι ἐγώ; Ἐννοεῖ μοι ἐνταῦθα τοῦ συνειδότος
τὴν κατηγορίαν, καὶ ὅπως ὠθούμενος, ὡς εἶπεῖν, ὑπὸ τῆς
συνειδήσεως οὐκ ἔσται μέχρι τοῦ εἰπεῖν, Οὐ γινώσκω,
ἀλλ' ἐπήγαγε, Μὴ φύλαξ τοῦ ἀδελφοῦ μου εἰμι ἐγώ; μο-
νονοῦχι ἐαυτὸν ἐλέγχων. Καίτοι εἰ σοι κατὰ ἀκολουθίαν
ἅπαντα ἐπέπρακτο, καὶ κατὰ τὸν τῆς φύσεως νόμον, ἐχρῆν
σε καὶ φύλακα εἶναι τῆς τοῦ ἀδελφοῦ σωτηρίας. Τοῦτο
γὰρ ἡ φύσις ἐπέτρεπε, καὶ ἔδει τοὺς τὰς αὐτὰς λύσαντας
ὠδίνας, ἀλλήλων φύλακας εἶναι. Εἰ δὲ μὴ τοῦτο ἐβούλου,
μηδὲ ἤθελες εἶναι φύλαξ τοῦ ἀδελφοῦ, τίνας ἔνεκεν καὶ
σφαγεὺς ἔγένου, καὶ τὸν οὐδὲν ἡδύκηχότα ἐφόνευσας,
καὶ ἐνόμισας μηδὲ τὸν ἐλέγχοντα ἔχειν; Ἄλλ' ἀνάμει-
νον, καὶ ὄφει αὐτόν σου κατῆγορον γινόμενον τὸν ἀνη-
ρημένον, καὶ νεκρὸν κείμενον σου [165] τοῦ ζῶντος καὶ
βαδίζοντος λαμπρῶ τῇ φωνῇ κατῆγοροῦντα ε. Καὶ εἶπεν
ὁ Θεός, Τί ἐποίησας τοῦτο; Πολλὴ καὶ τοῦ ῥήματος ἡ
ἐμφασις. Τίνας ἔνεκεν, φησὶ, τοῦτο διεπράξω; τί ἐποίη-
σας τοῦτο τὸ ἀνόσιον τὸ λήθημα, τὸ μιαιρὸν ἐπιχείρημα,
τὴν πράξιν τὴν ἀσύγνωστον, τὴν μανίαν τὴν ἀφόρητον,
τὴν φόνον τὸν καινὸν καὶ ξένον, καὶ πρῶτον τῶ τῶν
ἀνθρώπων βίω εἰσενεχθέντα διὰ τῆς σῆς δεξιᾶς; τί
ἐποίησας τοῦτο τὸ μέγα καὶ φοβερόν, τὸ μὴ ἔχον ἐτέραν
ὑπερβολὴν ἡμαρτήματος; Φωνῇ αἵματος τοῦ ἀδελφοῦ
σου βοᾷ πρὸς με ἐκ τῆς γῆς. Μὴ γὰρ ἀνθρωπὸς εἰμι,
φησὶν, ἐκείνης μόνης τῆς φωνῆς τῆς διὰ γλώττης προ-
φερομένης ἀκούων; Θεός εἰμι δυνάμενος καὶ δι' αἵματος
ὑπακούειν βῶντος, καὶ χαμᾶ που κάτω κειμένου.
Ἰδοὺ γὰρ πῶσον ἵπταται τοῦ αἵματος τούτου ἡ φωνή,
ὡς ἀπὸ τῆς γῆς εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβαίνειν, καὶ παρα-
τρέχειν τὸν οὐρανὸν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τὰς ἀνωτέρου
δυνάμεις, καὶ παρ' αὐτὸν ἴστασθαι τὸν θρόνον τὸν βασι-
λικόν, καὶ τὴν σὴν μιαιφονίαν ἀποδύρεσθαι, καὶ τῆς
ἀνοσίας πράξεως κατῆγορεῖν. Φωνῇ αἵματος τοῦ ἀδελ-
φοῦ σου βοᾷ πρὸς με ἐκ τῆς γῆς. Μὴ γὰρ, φησὶν, εἰς
ξένον καὶ ἄλλοτριον τὴν παρανομίαν ταύτην εἰργάσω;
ἕως τὸν ἀδελφὸν τὸν σὸν, τὸν οὐδὲν ἡδύκηχότα. Ἄλλ'
ἰσως ἡ παρ' ἐμοῦ εὐνοία τὸν φόνον αὐτῷ τούτῳ ἔτεκε,
καὶ μὴ δυνάμενος ἐμοὶ μάχεσθαι, εἰς ἐκείνον τὸν ἀκάθε-
κτον θυμὸν ἐξεκένωσας. Διὰ τοι τοῦτο τοιαύτην ἐπάξω
σοι τιμωρίαν, ὡς μηδὲ λήθη παραδοθῆναι τὸ τολμηθὲν,
καὶ τὴν διὰ τοῦτο ἐπενεχθεῖσάν σοι τιμωρίαν, ἵνα τὰ εἰς
σὲ γεγόμενα σωφρονισμὸς γένηται τοῖς μετὰ ταῦτα ἅπασιν.

Καὶ νῦν, ἐπειδὴ τοῦτο εἰργάσω, καὶ εἰς ἔργον ἤγαγες
τὰ κακῶς σοι δόξαντα, καὶ ὑπὸ τοῦ φθόνου τοῦ πολλοῦ
εἰς τὸν φόνον ὤρμησας, Ἐπικατάρατος σὺ ἀπὸ τῆς γῆς.

γ'. Ὅρα τῆς κατάρως τὴν διαφορὰν, ἀγαπητέ; Μὴ
ἀπλῶς παραδράμης, ἀλλ' ἐκ τοῦ μεγέθους τῆς κατάρως ἐν-
νόει τοῦ τολμήματος τὴν ὑπερβολὴν. Καὶ ὅσω μείζον τοῦ-
το τὸ ἁμαρτήμα τῆς παραβίασεως τοῦ πρωτοπλάστου, ἐκ
τῆς διαφορᾶς τῆς κατάρως ἐξεσι τῷ βουλομένῳ συν-
ιδεῖν. Ἐκεῖ μὲν γὰρ φησὶν, Ἐπικατάρατος ἡ γῆ ἐπ'
τοῖς ἔργοις σου, καὶ ἐπὶ τὴν γῆν τὴν κατάραν ἐξέχεε δ,
τὴν κηδεμονίαν τὴν περὶ τὸν ἀνθρωπὸν ἐπιδεικνύμενος·
ἐνταῦθα δὲ ἐπειδὴ ἡ πράξις ὀλεθρία, καὶ τὸ τὸλμημα
παράνομον, καὶ τὸ ἐπιχείρημα ἀσύγνωστον, αὐτὸς τὴν
κατάραν δέχεται· Ἐπικατάρατος γὰρ, φησὶ, σὺ ἀπὸ
τῆς γῆς. Ἐπειδὴ γὰρ τὰ αὐτὰ σχεδὸν τῷ ὄφει εἰργά-
σατο, καθάπερ ὄργανῳ ὑπηρετησαμένῳ τῇ τοῦ διαδόλου
γνώμῃ, καὶ καθάπερ ἐκεῖνος διὰ τῆς ἀπάτης τὴν ὀνητό-
τητα εἰτήγαγεν· οὕτω καὶ οὗτος ἀπτήσας τὸν ἀδελφόν,
καὶ εἰς τὸ πῆδον ἐξαγαγών, τὴν δεξιάν ὤπλισε κατ' αὐ-
τοῦ, καὶ τὸν φόνον εἰργάσατο. Διὰ τοῦτο ὡσπερ ἐκείνῳ
ἔλεγεν· Ἐπικατάρατος σὺ ἀπὸ πάντων τῶν θηρίων
τῆς γῆς· οὕτω καὶ τούτῳ, ἐπειδὴ τὰ αὐτὰ ἐκείνῳ εἰρ-
γάσατο. Ὡσπερ γὰρ ὁ διάβολος ὑπὸ φθόνου καὶ βασκα-
νίας κινούμενος, καὶ οὐ φέρων τὰς ἀπάτους εὐεργεσίας
τὰς εἰς τὸν ἀνθρωπὸν γεγενημένας ἐξ ἀρχῆς, καὶ ἐκ
προοιμίων, ἀπὸ τοῦ φθόνου ἐπὶ τὴν ἀπάτην ὤρμησε τὴν
[166] τὴν ὀ θάνατον εἰσάγουσαν· οὕτω καὶ οὗτος θεα-
σάμενος εὐνοικῶς τὸν Δεσπότην πρὸς τὸν ἀδελφὸν
διακείμενον, ἀπὸ τοῦ φθόνου ἐπὶ τὸν φόνον ὤρμησε. Διὸ
φησὶ πρὸς αὐτόν· Ἐπικατάρατος σὺ ἀπὸ τῆς γῆς·
Κατηραμένος ἔση, φησὶ, καὶ αὐτῇ τῇ γῇ ἐκείνῃ. Ἡ
ἔχασε τὸ στόμα αὐτῆς δέξασθαι τὸ αἷμα τοῦ ἀδελφοῦ
σου ἐκ τῆς χειρὸς σου. Καὶ αὐτῇ τῇ γῇ ἔση, φησὶ,
κατηραμένος, τῇ ἀνασχομένῃ τοιοῦτω αἵματι ἀρδευθῆναι
τοσούτου μύσουος πεπληρωμένη, καὶ ὑπὸ χειρὸς οὕτως
ἀνοσίας ἐκχεομένη. Εἶτα ἐρμηνεύουσα ἡ θεία Γραφή
σαφέστερον τὴν κατάραν, φησὶν· Ὅτε ἐργᾷ τὴν γῆν,
καὶ οὐ προσθήσει τὴν ἰσχὺν αὐτῆς δοῦναι σοι. Μέγα
τιμωρίας εἶδος, καὶ πολὺς ὄγκος τῆς ἀγανακτήσεως.
Τὸν μὲν πόνον, φησὶν, ὑπομενεῖς, καὶ τὰ σαυτοῦ ἅπαντα
ἐπιδείξῃ, καὶ ἐργάσῃ τὴν γῆν τοιοῦτω αἵματι μολυνθεῖ-
σαν· οὐ καρπώσῃ δὲ τινα ἀσθίνων τῶν πολλῶν πόνων
ἐκείνων, ἀλλ' ἀνόητος ἔσται σοι πᾶς ὁ κόπος, ὃν ἂν
ἐπιδείξῃ. Καὶ οὐ μέχρι τούτου τὰ τῆς τιμωρίας στήσε-
ται, ἀλλὰ καὶ Στένων καὶ τρέμων ἔση ἐπὶ τῆς γῆς.
Πάλιν καὶ τοῦτο μέγιστον τιμωρίας εἶδος, τὸ διηνεκῶς
στένειν καὶ τρέμειν. Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ εἰς δέον ἐχρήσω,
φησὶ, τῇ ἰσχύϊ τοῦ σώματος, οὐδὲ τῇ τῶν μελῶν εὐεξίᾳ γ,
διὰ τοῦτο διηνεκῶς σοι τὸν σάλον καὶ τὸν τρέμον ἐπιτί-
θημι, ἵνα μὴ μόνον αὐτὸς ἐχρῆς ἀδιάλειπτον νοθεσίαν,
καὶ ὑπόμνησιν τῆς ἀνοσίας πράξεως ταύτης, ἀλλ' ἵνα
καὶ πάντες οἱ εἰς σέ βλέποντες, διὰ τῆς ὕψεως, καθάπερ
διὰ φωνῆς τινος λαμπρὰ βούσσης, μανθάνωσι μὴ τὰ τοια-
ῦτα τολμᾶν, ἵνα μὴ τὰ τοιαῦτα πάθωσι, καὶ ἡ εἰς σέ
τιμωρία διδάσκαλος ἅπασιν γένηται, μηκέτι τοιοῦτω
αἵματι τὴν γῆν μολύναι ποτε. Διὰ τοι τοῦτο οὐδὲ σύντο-
μόν σοι τὴν τελευταίην ἐπάγω, ἵνα μὴ λήθη παραδοθῆ τὸ
γεγονός, ἀλλὰ ζῶν θανάτου βαρύτεραν ὑπέμεναι σε
ποιῶ. ἵνα δι' αὐτῶν τῶν ἔργων μάθῃς οἷα ἐτόλμησας.
Καὶ εἶπε Κύριε πρὸς Κύριον· Μελίζω ἡ αἰτία μου τοῦ
ἀρεθῆναί με. Μέγα τι καὶ σφόδρα λυσίτελές πρὸς τὴν
σωτηρίαν τὴν ἡμετέραν ἐξεστὶν ἐντεῦθεν καταμαθεῖν,
ἐὰν βουλώμεθα προσέχειν. Καὶ εἶπε Κύριε, Μελίζω ἡ
αἰτία μου τοῦ ἀρεθῆναί με. Ἰδοὺ ὁμολογία ἀπηρ-

α Morel. ἀπειτῶν ἀπολογίαν. β Quinque mss. φωνῆς. Μοι unus τὸν ἐλέγχον ἔχειν. γ Savil. et tres mss. καταβῶντα.

δ Colb. unus ἐξέτεινε. ε Reg. unus et Savil. τὴν ἐπὶ τὸν. ζ Reg. unus τὴν τῶν μελῶν εὐεξίαν.

frater tuus? Quid igitur ad hæc ingratus, stupidus, temerarius et impudens? Cum cogitandum esset Deum non ignarum rei interrogare, sed ab ipso confessionem criminis exigere, et nos docere, numquam causa non examinata sententiam contra fratres nostros esse ferendam, et in mentem revocare consilium Domini, qui hunc illius conatum reprimens, et conscius etiam antequam res eveniret, quid ille haberet in animo, remediis ad præveniendum usus est: cum oportuisset his omnibus cogitatis, finem facere insanæ, dicere quid factum, ostendere medico ulcus, et accipere ab illo pharmaca: ille iterum auget vulnus, et ulcus gravius reddit. *Et dicit*, inquit, *Nescio*. Vide responsi impudentiam. Num homini loqueris, quem forte decipere posses? Nescis, infelix et miser, quis est qui tibi loquitur? non cogitas, ipsum ob bonitatem magnam interrogare, occasionem quamdam invenire cupientem, per quam suam tibi declaret humanitatem, et ut postea tentatis a se omnibus, nullam habeas defensionem, utpote qui pœnæ teipsum obnoxium constituas?

Accusatio conscientiae quam gravis. — *Et dicit*, inquit, *Nescio*. Num custos fratris mei sum ego? Cogita hic conscientiae accusationem et quomodo qui conscientia implicebatur, ut ita dicam, nec postquam dixit, *Nescio*, finem dicendi fecit, sed subdidit: *Num custos fratris mei sum ego?* tantum non seipsum redarguens. Atenim si ex consequenti abs te ageretur, secundum naturæ leges custodem fraternæ salutis te esse oportebat. Hoc enim natura decrevit, et oportet eos qui ex eodem utero nati sunt mutuo esse custodes. Quod si hoc volebas, et noluisti custos esse fratris: quare ergo illius interfector es factus, et eum qui te nulla affecit injuria occidisti, et putasti nullum fore qui te de hoc reprehensusus esset? Sed exspecta, et videbis accusatorem tuum fore eum qui interfectus et prostratus jacet, et te viventem et ambulantem, clara voce accusaturum. 10. *Et dicit Deus: Quid fecisti hoc?* Magna hujus verbi recondita vis est, et emphasis. Quare, inquit, hoc operatus es? quare admisisti nefarium hoc facinus, abominabile opus, factum inexpiabile, insaniam intolerabilem, cædem novam et stupendam, jam primum in hominum vitam tua dextera invectam? cur fecisti hoc tam magnum, tam terribile, quo non est peccatum aliud gravius? *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra*. Num homo sum, inquit, qui solam illam vocem audiam, quæ per linguam profertur? Deus sum, qui possum et per sanguinem audire clamantem, et humi prostratum. Ecce quousque volat vox sanguinis hujus, usque in cælum a terra ascendit, et prætercurrens cælum, cæloque superiores virtutes, regio solio assistit, et tuum deplorat homicidium, ac nefarium hoc scelus accusat. *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra*. Num, inquit, in alienum et hospitem iniquitatem hanc patraisti? In fratrem tuum, illum qui nulla te injuria affecerat, sævistis. Sed forte benevolentia mea hanc illi cædem peperit, et cum non posses mecum pugnare, in illum effudisti furorem tuum indomitum. Eapropter talem tibi pœnam inferam, ut audax istud facinus

oblivioni tradi non possit, et quæ in te sunt, omnibus posthac sequuturis castigatio et admonitio sint. *Et nunc*, quia hoc fecisti, et malam voluntatem ad effectum deduxisti, et per invidiam cædem commisisti, *Maledictus tu de terra*.

3. Vides maledictionis differentiam, dilecte? Ne igitur inconsideranter hinc transeas, sed ex maledicti magnitudine flagitii immanitatem expende. Nam quanto majus sit peccatum hoc prævaricatione primi hominis, ex maledictionis varietate scire volenti licet. Illic enim inquit: *Maledicta terra in operibus tuis* (*Gen. 3. 17*): et in terram effusa est maledictio, ostensa sua in hominem cura: hic vero quia opus perniciosum, facinus iniquum, et inexpiabile flagitium, ipse maledictum excipit: 11. *Et nunc maledictus*, inquit, *tu de terra*. Nam quia ferme eadem egit quæ serpens, et quasi organum servivit diaboli sententiæ, et sicut ille fraude mortalitatem introduxit: sic et hic deceptum fratrem et in campum eductum armata in illum manu occidit. Propterea sicut illi dixit, *Maledictus tu inter omnes bestias terræ* (*Ibid. v. 14*): sic et huic, qui eadem quæ ille operatus fuit. Nam sicut diabolus, odio et invidia motus, non ferens tot ineffabilia beneficia, quæ in hominem ab initio collata sunt, invidia ad deceptionem exstimulatus est, quæ mortem induceret: ita et hic Dei erga fratrem suum benevolentiam magnam videns, ex invidia ad homicidium prosiliit. Idcirco dicit illi: *Et nunc maledictus tu de terra*. Maledictus, inquit, eris, et terræ illi, *Quæ aperuit os suum, ut sanguinem fratris tui de manu tua exciperet*. Et terræ illi, inquit, erit maledictus, quæ sustinuit tali sanguine irrigari, qui cum tanta abominatione a tam impia manu effusus est. Dein Scriptura divina maledictionem interpretans, manifestius dicit: 12. *Quando operatus fueris terram, non adjiciet ut det tibi robur suum*. Magna pœnæ species, et grave indignationis pondus. Laborem quidem, inquit, sustinebis, et quæ tu facere potes, omnia facies, et operaberis terram tali sanguine inquinatam: nullum autem metes fructum tam multorum laborum, sed inutilis erit tibi omnis labor quem feceris. Neque hic finis erit pœnæ, sed et *Gemens et tremens eris super terram*. Rursus et hoc maximum est supplicii genus, perpetuo genere ac tremere. Quia enim, inquit, abusus es robore corporis, et membrorum viribus, propter hoc continuum hunc tremorem et motum tibi infero, ut non solum ipse habeas jugem admonitionem et memoriam hujus nefasti sceleris: sed ut et omnes qui te viderint, viso te, quasi clara illis voce personante, discant ne talia audeant, ut ne similia patiantur: et pœna tua alios doceat omnes, ne ultra tali sanguine terram polluant. Propterea non brevi te morte plectam, ut ne factum oblivioni tradatur: sed vitam morte graviorem sustinere te curabo, ut per hæc discas qualia perpetraveris. 13. *Et dicit Cain Domino: Major est causa mea, quam ut dimittar ego*. Magnum aliquid, et salutis nostræ plurimum uti' e hic, si attenti fuerimus, licebit addiscere. *Et dicit Cain: Major est causa mea, quam ut dimittar ego*. Ecce ab-

soluta confessio. Tale tantumque est, inquit, peccatum quod commisi, ut non possim accipere veniam. Ecce, dicit aliquis, confessus est, et cum magna acuratione confessus est: sed nihil inde lucri, dilecte: intempestiva enim confessio est. Hoc enim facere oportebat tempore congruenti, quando adhuc impetrari poterat a Judice misericordia. Memores nunc estote ejus quod paulo ante dixi, nempe in terribili illo die et in tribunali, in quo nulla personarum acceptio, fore ut unusquisque nostrum ob peccata pœnitentia ducatur, videns et ante oculos habens terribilia illa tormenta, et inevitabiles pœnas, sed nullam inde habiturus utilitatem, tempore destitutus.

Pœnitentia ante pœnam utilis. — Pœnitentia enim, priusquam pœna inferatur, tempus habet, et ineffabilem vim. Proinde obsecro, cum adhuc efficax est mirificum hoc pharmacum, commoda et fructum inde percipiamus, et cum adhuc sumus in præsenti vita, pœnitentiæ medicamen nobis apponamus, scientes liquido, nihil tunc nobis pœnitentiam profuturam, cum solutum fuerit spectaculum, et tempus certaminum ablatum.

4. Verum ad institutum redeamus. Oportebat tunc cum interrogaretur a Domino, *Ubi est Abel frater tuus?* confiteri peccatum et procidere, et orare, et veniam petere; ipse vero tunc quidem medicinam rejecit, nunc autem, post sententiam, post finem omnibus impositum, postquam clara voce accusatus est a sanguine in terra jacentis, confitetur, nihilque inde lucrificat. Unde propheta dicebat: *Justus sui ipsius accusator in principio sermonis (Prov. 18. 17).* Et hic quoque, si prævenerit Domini reprehensionem, omnino misericordiam consequutus fuisset, propter immensam Domini benignitatem. Nullum enim est peccatum, quantumcumque grave sit, quod illius misericordiam vincat: modo tempore debito pœnitentiam agamus, et veniam petamus. *Et dixit Cain: Major est causa mea, quam ut dimittat ego.* Sufficiens confessio, sed intempestiva. Et dixit: 14. *Si ejeceris me hodie a facie terræ, et a facie tua abscondar, et ero gemens et tremens super terram; et erit, omnis qui invenerit me, occidet me.* Vide quam miserabilia verba, tum quia intempestiva, tum quia tempore elapso nullum fructum afferrent. Et dixit: *Si ejeceris me hodie a facie terræ, et a facie tua abscondar, et ero gemens et tremens super terram; et erit, omnis qui me invenerit, interficiet me.* Si in terra, inquit, maledictum me fecisti et ipse me aversaris, tantæque pœnæ tradidisti me, ita ut gemam et tremam, nihil prohibebit postea, quin quisquis in me vel fortuito inciderit, me eo in statu positum et tua ope nudatum interficiat. Facile invadere me poterit, inquit, si quis interficere volet. Neque enim ipse oblectari potero, tam dissoluta membra circumferens, et undique commotus: insuper et hoc, quod sciant omnes tua me ope destitutum, eum qui velit, ut ad eandem ineam prosiliat, incitabit. Quid ergo misericors et bonus Dominus? 15. *Et dixit illi Dominus Deus: Non sic.* Ne putes, inquit, hæc ita fieri. Neque enim licet cuique volenti te occidere,

sed ex diuturniore vita tua et major inde tibi dolor erit, et relinquam te posteris generationibus magistrum, ut tui spectaculum illis sit admonitio et castigatio, nullusque exemplum tuum sequatur. *Et dixit Dominus Deus: Non sic. Omnis qui occiderit Cain, septem ultiones solvet.* Fortassis multa sunt quæ dixi, et multam corpori molestiam attulimus. Sed quid faciam? Quia video vestram in audiendo aviditatem, et ingens desiderium, reliqua etiam persequar, et pro viribus meis interpretabor. Quid est, *Septem ultiones solvet?* Sed iterum vereor ne dictorum multitudine memoriam eorum quæ dicta sunt obruam, et videar vobis fastidium afferre: sed si non fatigamini, sustinete, et hoc absoluto contextu, sermonem finiemus. *Et dixit illi Dominus Deus: Non sic. Omnis qui occiderit Cain, septies ultiones solvet. Et posuit Dominus Deus signum in Cain, ne omnis qui inveniret illum occideret.* Hoc timuisti, inquit, ne occiderere? Confide, hoc non erit. Nam quisquis hoc facere attentaverit, septuplici pœnæ se faciet obnoxium: et idcirco signum tibi impono, ut nullus ignorans interfecto te, pœnis illis se obnoxium faciat.

quæpiam loquatur, venia dignus censetur: at quæ ebrius est, quicquid fecerit, non est venia dignus: sed et valde incusant illum familiares, amici, et vicini, et in summa omnes; quia sponte et voluntarie in hæc nequitiam transit, et ebrietatis tyrannide seipsum dedidit. Et hæc dico non ut justum incusent: multa enim erant propter que illi venia debebatur, et cum primis, quod non in id vitii postea relapsus est, id quod maximum fuerit indicium eum ex ignorantia, non ex negligentia prius deliquisse. Nam si hoc fuisset negligentia, oportebat eum iterum eodem morbo capi: id quod non evenit. Nam si demum id accidisset, Scriptura utique non obticuisset, sed significasset nobis. Unus enim scopus et terminus Scripturæ divinæ est, ne quid factorum internittat, sed veritatem nos doceat. Neque enim propter iridiam justorum virtutes præterit, neque propter gratiam peccata adumbrat: sed omnia in medium nobis proponit, ut regulam et doctrinam quamdam habeamus, et ut si quando etiam nos per socordiam in quod vitii incidimus, cautiore simus postea, ne demum incidamus. Neque enim tam grave est peccare, quam in peccatis perseverare. Itaque non attende solum quod inebriatus sit justus, sed quod postea non iterum hoc ei acciderit. Illud vero considera, eos qui in tabernis vinariis quotidie consumuntur, et ferme dixerim, quotidie moriuntur: etiamsi quando sui compotes fuerint facti, neque sic sibi carent ab eodem periculo, sed quasi ad opus quoddam strenuum redeunt. Insuper et hoc quis jure cogitabit, justum illum, etsi quod non expertus esset, nec sciret quæ mensura esset utendum, inebriatus sit; attamen cum justus esset, et multis bonis polleteret operibus, peccatum, quod casu evenit, obtegere potuisset: nos autem cum ab innumeris aliis affectionibus infestemur, et hoc addamus, ut et ab ebrietate submergamur, quid excusabit? vel quis, dic, oro, nos dignabitur venia, quos nulla experientia facit castigatioribus? *Erigenti autem Noe, inquit, a vino, et cognovit que fecerat sibi filius junior.* Unde cognovit? Forte fratres significaverunt, non ut fratrem accusarent, sed rem ut facta erat docentes, et conveniens ille suo vulnere remedium acciperet. *Et cognovit, inquit, Noe quecumque fecerat sibi filius suus junior.* Quid est, *Quecumque fecerat?* Magnam et intolerabilem rem dicere vult. Anadvertite enim quomodo intus in domo visa patris turpitudine, cum debuisset obtegere, egressus evulgavit, et risai atque subsannationi potrem, quantum in ipso erat, exposuit, fratresque prave suæ voluntatis socios esse voluit: cum oportuisset, si omnino mansuetus erat, illos intra domum vocare, et sic nuditatem effari: sed ipse foras exiit, nuditatem declaravit, quasi etiam alia adesset turba hominum, quos etiam facturus esset paternæ turpitudinis testis: propter hoc inquit, *Que fecerat:* id est, contumeliosus patri facti, obtus est honoris quem debent parentibus suis, præsertim peccata, fratris sibi voluit alligere, et socios facere suæ contumeliæ. *Que fecerat sibi, inquit, filius suus junior.* Atqui non hic erat junior; secun-

ἀπάνοιαν ὡς φλεβίαν· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ βλασφημῆσθαι τὸν Θεὸν παρεσκευάσας. Τοῦτο δὲ ὁσπρὶν προξενεῖ τὴν κόλασιν τοῖς τὴν αἰτίαν παρέχουσιν, οὐδεὶς ἀγνοεῖ. Φύγωμεν τοίνυν, παρακαλῶ, τοῦ Χάμ τὸν ζῆλον, μιμησώμεθα δὲ τῶν εὐγνωμόνων πατρῶν παίδων τὴν αἰδῶ, ἣν περὶ τῶν γύμνωσιν τοῦ πατρὸς ἐπεδείξαντο· καὶ οὕτω τὰ τῶν ἀδελφῶν συσκιάζωμεν ἀμαρτήματα, οὐχ ἵνα εἰς ῥαθυμίαν αὐτοὺς παιδοτριβήσωμεν, ἀλλ' ἵνα ταύτη μάλιστα πλεονα αὐτοῖς ἀφορμὴν παράσχωμεν τοῦ ταχέως τῆς λύμης ἐκείνης ἀπαλλαγῆναι, καὶ πρὸς τὸν τῆς ἀρετῆς δρόμον ἐπανελθεῖν. Ὡσπερ γάρ τὸ μὴ πολλοὺς ἔχειν μάρτυρας τῶν οικειῶν πλημμελημάτων εὐκολώτερον κατασκευάζει ψυχὴν νήφοντι τὴν ἐπάνοδον· οὕτως, ἐπειδὴ ἀπερυθρίατῃ ψυχῇ, καὶ ἰδῆ ὅτι οὐδένα λέληθε τὰ πονηρὰ διαπραττομένη, οὐκ εὐκόλως ἀποστηναί ἀνέχεται, ἀλλὰ καθάπερ εἰς ὕλην τιλὴν καὶ θυδὸν ἐμπεσοῦσα, καὶ ὑπὸ μυρίων κυμάτων κάτω παρελκομένη δυσκόλως ἀνανεῦσαι δυνήσεται, εἰς ἀπόγνωσιν λοιπὸν ἐμπεσοῦσα καὶ πρὸς τὴν ἐπάνοδον ἀπαγορεύουσα.

ε'. Διὰ τοῦτο, παρακαλῶ, μῆτε ἐκπομπώμεν τὰ τῶν πησίον σφάλματα, καὶ ἐπειδὴν παρ' ἑτέρων ταῦτα μάθωμεν, μὴ ἐπειγώμεθα ὥστε τὴν γύμνωσιν ἰδεῖν· ἀλλὰ καθάπερ οὗτοι οἱ εὐγνώμονες παῖδες, συγκαλύπτωμεν, συσκιάζωμεν, τῇ παραινέσει, ταῖς συμβουλαῖς καταπικτυκτικὴν τὴν ψυχὴν ἀνορθοῦν σπουδάζωμεν, τῆς φιλοανθρωπίας τοῦ Θεοῦ τὸ μέγεθος διδάσκοντες, τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ τὴν ὑπερβολὴν, τῆς εὐσπλαγγχνίας τὸ ἀμετρον, ἵνα μείζονος, ἦπερ οὗτοι, εὐλογίας ἀπολαύσωμεν παρὰ τοῦ τῶν ὄλων Θεοῦ, τοῦ βουλομένου Πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, τοῦ μὴ βουλομένου τὸν θάνατον τοῦ ἀμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέφει καὶ ζῆν αὐτόν. Καὶ τὴν γύμνωσιν, φησὶ, τοῦ πατρὸς αὐτῶν οὐκ εἶδος. Ὅρα πῶς ἀνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς ταῦτα ἐν τῷ νόμῳ τῷ γραπτῷ πρὸς διδασκαλίαν τοῦ [287] τῶν ἀνθρώπων γένους νενομοθετημένα προλαβόντες ἀπὸ τοῦ ἐν τῇ φύσει κειμένου νόμου ἐπλήρου, καὶ ὅπερ ὁ νόμος ἐλεγε· *Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου, ἵνα εὖ σοι γένηται*; καὶ, *Ὁ κακολογῶν πατέρα ἢ μητέρα, θανάτῳ τελευτάτω*· τοῦτο ἤδη διὰ τῶν ἔργων ἐπληροῦτο. Εἶδες πῶς προλαβοῦσα ἡ φύσις; ἀρκοῦσαν εἶχε διδασκαλίαν;

Ἐξέτηψε δὲ, φησὶ, Νῶε ἀπὸ τοῦ οἴνου, καὶ ἔγνω ὅσα ἐποίησεν αὐτῷ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ νεώτερος. Ἐξέτηψε δὲ, φησὶν. Ἀκούετωσαν οἱ ἐν τοῖς συμποσίοις διημερεύοντες τοῦ ὀλίσθου τὸ μέγεθος, καὶ φυγέτωσαν τὴν ἐκ τῆς μέθης λύμην. *Ἐξέτηψε δὲ, φησὶν. Τί ἐστίν, Ἐξέτηψεν;* Ὅπερ ἡμῖν ἔθος περὶ τῶν μεμνηθέντων λέγειν, ἐπειδὴ ἐν ἐκστάσει γέγονται, ὅτι ὁ δεῖνα ἐξέτηψεν ἀπὸ τοῦ δαιμόνος, καὶ ἀπηλλάγη τῆς ἐκείνου τυραννίδος· τοῦτο καὶ ἐνταῦθα ἐφησεν ἡ Γραφή. Ἀληθῶς; γὰρ ἡ μέθη αὐθαίρετός ἐστι δαίμων, καὶ χαλεπώτερον ἐκείνου σκοτοῖ τὸν λογισμὸν, καὶ πάσης εὐγνωμοσύνης ἀποστρεφεί τὸν ἀλόγιστον. Τὸν μὲν γὰρ δαιμονιώντα πολλὰκις ὀρίοντες καὶ ἰλοῦμεν, καὶ συναλλάγουμεν, καὶ πολλὴν περὶ αὐτὸν τὴν συμπάθειαν ἐπιδεικνύμεθα· ἐπὶ δὲ τοῦ μεθύσου τὸ ἐναντίον ἐργαζόμεθα· ἀγανακτοῦμεν, δυσχεραίνουμεν, μυρία ἐπαρώμεθα. Τίνοι; ἔνεκεν καὶ διὰ τί; Ὅτι ἐκεῖνος μὲν ὑπὸ τοῦ πονηροῦ δαίμονος ἐλαυνό-

μενος, ἄκων διαπράττεται ἄπερ δὲ διαπρόξεται· κἀν λακτισθῆ, κἀν διαβρῆξῃ γιγνισίον, κἀν αἰσχροῖα τινα φθέγγεται, συγγνώμης ἀξιοῦται· ὁ δὲ μεθύων, καὶ ὅπερ ἂν ἐπιδείξηται, οὐκ ἂν ἔσται συγγνώμης ἀξίος, ἀλλὰ καὶ οικείους, καὶ φίλους, καὶ γείτονας, καὶ πάντας ἔχει σφοδρὸς κατηγοροῦς, ἐπειδὴ οἰκοθεν ἀπὸ προαιρέσεως τὴν κακίαν μετελήλυθε, καὶ τῇ τυραννίδι τῆς μέθης αὐτὸν ἐξέδωκε. Καὶ ταῦτα λέγω, οὐχ ἵνα τῷ δικαίῳ κατηγορήσω· πολλὰ γάρ ἦν τὰ τὴν συγγνώμην αὐτῷ παρέχοντα· καὶ μετὰ τῶν ἄλλων ἀπάντων τὸ μηκέτι τοῖς αὐτοῖς περιπεσεῖν, ὅπερ μέγιστον ἂν εἴη δείγμα καὶ τοῦ προτέρου ἀμαρτήματος, ὅτι ἐξ ἀγνοίας, ἀλλ' οὐκ ὑπὸ ῥαθυμίας τοῦτο ὑπέμεινεν. Εἰ γὰρ ἀπὸ ῥαθυμίας τοῦτο ὑπέμεινεν, ἔχρηθ' ἄρα καὶ πάλιν αὐτὸν ἀλάναι τῷ πάθει· ἀλλ' οὐκέτι τοῦτο πέπονθεν. Εἰ γὰρ καὶ πάλιν τὸ αὐτὸ ὑπέμεινεν, οὐκ ἂν ἡ Γραφή παρεσιώπησεν, ἀλλ' ἐγνώρισεν ἂν ἡμῖν. Εἷς γάρ ἐστι σκοπὸς καὶ εἷς ὁρος τῆς θείας Γραφῆς, τὸ μηδὲν παραλιπεῖν τῶν γεγονότων, ἀλλὰ μετὰ ἀληθείας ἡμᾶς διδάσκειν. Οὕτε γὰρ φθόνῳ τιλὴ τὰς ἀρετὰς τῶν δικαίων παρατρέχει, οὕτε χάριτι πάλιν τὰ ἀμαρτήματα συσκιάζει, ἀλλ' ἅπαντα εἰς μέσον ἡμῖν προτίθησιν, ἵν' ὑπογραμμὸν τινα καὶ διδασκαλίαν ἔχωμεν, καὶ ἐπειδὴν καὶ ἡμεῖς διὰ ῥαθυμίας ἀλώμεν τιλὴν πταισμάτι, ἀσφαλιζώμεθα μὴ πάλιν τῷ αὐτῷ περιπεσεῖν. Οὐ γὰρ οὕτω τὸ ἀμαρτεῖν χαλεπὸν, ὡς τὸ ἀμαρτεῖν ἐπιμένειν. Μὴ τοίνυν τοῦτο ἰδῆς ὅτι ἐμεθύσθη ὁ δικαίος, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἔτι τοῦτο πέπονθεν. Ἀλλ' ἐννόει οἱ τοὺς καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐν ταῖς οἰνορρυγχαῖς καταπανωμένους, καὶ [288] ἐφ' ἑκάστης σχεδὸν εἰπεῖν ἀποθνήσκοντας· καὶ ἐπειδὴν εἰς αἰσθησὶν ἔλθωσιν, οὐδὲ οὕτω φεύγοντας τὴν ἐκείθεν λύμην, ἀλλ' ὡς ἔργον τὸ τοῦτο καὶ ἀνδρείαν μεταδιώκοντας. Πάλιν δὲ κάκεινον ἂν τις ἐνομήσειεν, ὅτι δικαίος οὗτος, εἰ καὶ ὑπὸ ἀπειρίας καὶ τοῦ μὴ εἰδέναι τὰ μέτρα τῆς μεταλήψεως πῶν ἐμεθύσθη, ἀλλ' ὁμως δίκαιος ὢν καὶ πολλὰ ἔχων κατορθώματα, συσκιάζειν ἠδύνατο τὸ συμβῆν ἀμαρτήματα· ἡμεῖς δὲ ὅταν καὶ ὕψ' ἑτέρων μυρίων ὦμεν πολιορκούμενοι παθῶν, καὶ μετ' ἐκείνων καὶ ὑπὸ τῆς μέθης ἐαυτοῦ καταπατικώμεν, ποίαν ἔξομεν παραμυθίαν, εἰπέ μοι; τίς δὲ ἡμᾶς ἀξιώσει συγγνώμης οὐδὲ ὑπὸ τῆς πείρας αὐτῆς σωφρονιζομένους; *Ἐξέτηψε δὲ, φησὶ, Νῶε ἀπὸ τοῦ οἴνου, καὶ ἔγνω ὅσα ἐποίησεν αὐτῷ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ νεώτερος.* Πῶθεν ἔγνω; Ἴσως ὁ ἀεὶλοιο ἐγνώρισαν, οὐχ ἵνα τὸν ἀδελφὸν διαβαλεῖν βουλόμενοι, ἀλλὰ τὸ πρῶγμα ὡς ἐγένετο διδάσκοντες, ἵνα κατάλληλον ἐκεῖνος τῷ τραύματι τὴν βοήθειαν δέξηται. Καὶ ἔγνω, φησὶ, *Νῶε ὅσα ἐποίησεν αὐτῷ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ νεώτερος.* Τί ἐστίν, Ὅσα ἐποίησεν; Ἀνεῖ τοῦ, μέγα καὶ ἀφόρητον. Ἐνώησον γὰρ ὅτι ἔσω ἐν τῇ οἰκίᾳ θεασάμενος τὴν ἀσχημοσύνην, δέον συγκαλύψαι, ὁ δὲ ἐξεληθὲν ἐξεπομπέυσεν, καὶ εἰς κομωδίαν καὶ εἰς χλευασίαν τὸν πατέρα, ὅσον τὸ ἐαυτῷ ἦχον, ἐνέβαλε, καὶ ἐβούλετο καὶ τοὺς ἀδελφοὺς κοινωνοὺς λαβεῖν τῆς μοχθηρᾶς προαιρέσεως· καὶ δέον μέλλοντα ἀπαγγέλλειν κἀν ἔσω ἐπὶ τῆς οἰκίας αὐτοῦ καλέσαι, καὶ οὕτως ἐξεῖπαι τὴν γύμνωσιν, ὁ δὲ ἐξῆλθεν ἔξω, ἐξεῖπε τὴν γύμνωσιν· ὡς εἰ καὶ πληθὸς ἐτέρων παρῆν, κάκεινους μάρτυρας ἂν ἐποίησατο τῆς ἀσχημοσύνης τοῦ πατρὸς. Διὰ τοῦτο φησιν, Ὅσα ἐποίησε· τοῦτέστι, τὴν ὕβριν εἰς τὸν πατέρα ἐπεδείξατο, ἐπελάθετο τῆς ὀφειλομένης τιμῆς παρὰ τῶν παίδων γίνεσθαι εἰς τοὺς γεγεννηκότας, ἐξέπομπέυσεν τὰ ἀμαρτήματα, τοὺς ἀδελφοὺς ἠθέλησεν ὑποσῦραι, καὶ κοινωνοὺς λαβεῖν τῆς ὕβριος. Ὅσα ἐποίησεν αὐτῷ, φησὶν, ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ νεώτερος. Καὶ μὴν οὐκ οὗτος ἦν ὁ νεώτερος· δεύτερος γὰρ ἦν, καὶ πρότερος τοῦ Ἰάρεθ' ἀλλ' εἰ καὶ τὴν ἡλικίαν ἦν πρότε-

* Ἀκόνοια insaniam et amentiam vulgo significat. Apud Chrysostomum autem ἀκόνοια ut plurimum est arrogancia, superbia. Hoc autem loco socordia satis congruenter reddidit vetus interpretes.
 Ὡγνωμοσύνη, ut plurimum apud Chrys. est gratia animus, vel ad gratiam habendam affectus, nonnunquam amentiam prohibentem significat. Hoc autem recte, ut videtur, benevolentia verti potest.
 † Quinque pms. δαίμωνος ἐνοχλούμενος.

ρος εκείνου, ἀλλὰ τῇ γνώμῃ νεώτερος, καὶ ἡ προπέτεια αὐτὸν ἐξέβαλεν. Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἐβούλετο εἶπε τῶν οὐκ εὖρων μείναι, ἀπώλεσε τὴν καρὰ τῆς φύσεως αὐτῷ δεδομένην τιμὴν καὶ ὡς περ ὄστος, ὑπερ εἶχεν ἀπὸ τῆς φύσεως, προέδωκε τῇ μοχθηρίᾳ τῆς προαιρέσεως, ὡς πρὸς Ἰάφεθ, ὑπερ οὐκ εἶχεν ἀπὸ τῆς φύσεως, τὴν προέδωκε ἀπὸ τῆς ὑγιᾶς γνώμης.

ζ'. Εἶδες πὺς οὐδὲν ἀπλῶς οὐδὲ ὡς ἐγγενέσῃν εὐρεῖν κείμενον ἐν τῇ θεῖᾳ Γραφῇ; Ὅσα ἐποίησεν αὐτῷ, φησὶν, οὐδὲς αὐτοῦ ὁ νεώτερος. Καὶ εἶπεν Ἐκκατάρματος Χαναάν παῖς, οἰκέτης ἐστὶ τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ. Ἰδοὺ ἐφθάσαμεν εἰς τὸ ζήτημα τὸ πανταχοῦ περιφερβόμενον. Πολλῶν γὰρ ἐστὶν ἀκούσται λεγόντων τίνος ἔνεκεν, τοῦ πατρὸς ἡμαρτηκότος, καὶ τὴν γύμνωσιν ἐξαγγελίαντος, ὁ παῖς τὴν κατάραν δέχεται; Διὰ, παρακαλῶ, μετὰ ἀκριβείας ἀκούσατε, καὶ δέξασθε τὴν αὐτοῦ λύσιν. Ἐκεῖνα γὰρ ἐροῦμεν ἄπερ ἂν ἡ θεία χάρις παρασχῇ διὰ τὴν ὑμετέραν ὠφέλειαν. [289] Καὶ εἶπεν Ἐκκατάρματος Χαναάν παῖς, οἰκέτης ἐστὶ τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ. Οὐχ ἀπλῶς οὐδὲ εἰκὴ τοῦ παιδὸς ἐμνημόνευσεν, ἀλλὰ διὰ τινὰ λόγον ἐγκεκρυμμένον. Βουλόμενος γὰρ ἡμῶν καὶ καθάρισθαι αὐτοῦ διὰ τὸ πλημμελήθην, καὶ τὴν ὕβριν, ἣν εἰς αὐτὸν ἐπεδείξατο, καὶ μήτε τῇ παρὰ τοῦ Θεοῦ ῥῆθι γεγεννημένη εὐλογία λυμηνασθαι. Εὐλόγησε γὰρ, φησὶν, ὁ Θεὸς τὸν Νῶε ἡρίκα ἐξήλθε ἐκ τῆς κιβωτοῦ, καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ. Ἴνα οὖν μὴ δοκῇ τῶν ἀπαξ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τῆς εὐλογίας τυγχόντα καταράσασθαι, ἐκείνον μὲν τέως τὸν ὑβριστὰ ἀφήσει, τῷ δὲ υἱῷ τὴν κατάραν ἐπάγει. Ναι, ἀλλὰ καὶ τούτο μὲν, φησὶ, δείκνυσιν ὅτι διὰ τοῦτο οὐ κατηράσαστο τὸν Χάμ, ἐπειδὴ τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ εὐλογίας ἀπύλαυσε τίνος δὲ ἔνεκεν ἐκεῖνον ἡμαρτάντος οὗτος δίκην δίδωσιν; Οὐδὲ τοῦτο ἀπλῶς γίνεται. Καὶ γὰρ οὐκ ἔλαττον τοῦ παιδὸς ὁ Χάμ τὴν κώλασιν ὑπέμενε, καὶ τῆς τιμωρίας τὴν ἀσπίδην ἐλάμβανεν. Ἰστε γὰρ, ἴστε πῶς πολλὰκις τῷ ξαντῷ πατέρες ὑπὲρ παιδῶν τιμωρίαν ὑποσχέιν, καὶ ὅπως βαρύτερον αὐτοῖς ἐστὶν εἰς κόλασιν λόγον, τὸ τοὺς παῖδας ἔργῳ τιμωρουμένους, ἢ ἐὰν τοῖς ὑπευθύνους γενοῦσας. Ἐγγένοτο τοίνυν τούτο, ἵνα καὶ οὗτος διὰ τὴν φυσικὴν φιλοστοργίαν πλεονα τὴν ὀδύνην ὑπομείνη, καὶ ἡ τοῦ Θεοῦ εὐλογία ἀκέραιος διαμείνη, καὶ ὁ τὴν κατάραν δεξάμενος παῖς οἰκείων ἡμαρτημάτων τίνη δίκας. Εἰ γὰρ καὶ διὰ τὸ ἡμαρτήματα τοῦ πατρὸς νῦν τὴν κατάραν λαμβάνει, ἀλλ' ὁμοῦς εἰκὸς ἦν δι' οἰκεία πλημμελήματα δίδναι δίκην. Οὐ γὰρ διὰ τὸ ἡμαρτήματα τοῦ πατρὸς μόνον τὴν κατάραν ἐδέξατο, ἀλλ' ἢ ἄρα ἵνα καὶ δι' αὐτοῦ ἐκείνος μετρίζον διῷ τὴν τιμωρίαν. Ὅτι γὰρ οὐτε πατέρες ὑπὲρ τέκνων, οὐτε τέκνα ὑπὲρ πατέρων δίκην διδάσκουσιν, ἀλλ' ἕκαστος ὑπὲρ ὧν ἐκλήμμησε τὰς εὐθύνas ὑπέχει, πολλαχοῦ ἐστὶν εὐρεῖν παρὰ τῶν προφητῶν τοῦτο εἰρημένον ὡς περ ὅταν λέγουσι. Τοῦ φαγόντος τὸν δμοφακα οὐ ἰδόντες αἰμωδιᾶσονται * καὶ Ἡ ψυχή ἡ ἡμαρτοῦσα, οὐτή καὶ ἀποθαρεῖται· καὶ πάλιν, Οὐκ ἀποθάνονται πατέρες ὑπὲρ τέκνων, οὐτε τέκνα ὑπὲρ πατέρων. Μηδεὶς τοίνυν ὡμῶν, παρακαλῶ, ἀγνοῶν τῆς θείας Γραφῆς τὸν σκοπὸν, τολμάτω μέμφεσθαι τοῖς ἐγγεγραμμένοις, ἀλλ' εὐγνώμονι διανοίᾳ δεχέσθω τὰ λεγόμενα, καὶ θαυμαστέω τῆς θείας Γραφῆς τὴν ἀκριβείαν, καὶ λογιζέσθω ὅσον ἡμαρτία κακόν. Ἰδοὺ γὰρ τὸν ἀδελφὸν τὸν τῶν αὐτῶν ὀδῶν κοινωνήσαντα, τὸν ἐκ τῆς

* Unus ἡμοδιᾶσονται. Hæc vox admodum variat apud scriptores ecclesiasticos. In Synopsi Athanasiana legitur t. II, p. 167: οἱ πατέρες ἔργῳ ἡμαρτα, καὶ ὀδόντες τῶν τέκνων ἡμοδιᾶσαν. Armeni Ezerhielem (xviii, 2) pro ἡμοδιᾶσαν legitur ἡμοδιᾶσαν, ab αἰμωδιᾶ.

αὐτῆς νηδῖος ἐβλήθοντα, τῶν ἐπισηλοῦσα ἡ ἡμαρτία δούλον εἰργάσαστο, καὶ τὴν ἐλευθερίαν ἀπελαμμένη, εἰς τὴν ὑποταγὴν ἤγαγε· καὶ γὰρ ἐνεῖθεν τὰ τῆς δουλείας ἀρχὴν ἐλάμβανε λοιπὸν. Οὐδὲ γὰρ ἦν κρὸς τοῦτο ἡ βασιλεία αὐτῆ, καὶ τὸ οὕτω θαυροῦπεσθαι, καὶ ἐτέρων δεῖσθαι τῶν διακονουμένων, ἀλλ' ἕκαστος αὐτῆς ἐκτῶν δουλοῦσται, καὶ παλλὴ ἦν ἡ ἡμοτιμία, καὶ πῆσα ἡμαρτία ἐκπολὸν ἦν. Ἐπειδὴ δὲ εἰσῆλθεν ἡ ἡμαρτία, ἐλυμηνάστω τὴν ἐλευθερίαν, καὶ διεψέφερε τὴν ἀπὸ τῆς φύσεως δεδομένην ἀξίαν β, καὶ τὴν δουλείαν [290] ἐπεισέγαγεν, ἵνα διγενεχῆς ἡ διδάσκαλος καὶ νοθεσία τῶ τῶν ἀνθρώπων γένει, ὥστε φεύγειν μὲν τῆς ἡμαρτίας τὴν δουλείαν, πρὸς δὲ τὴν ἐλευθερίαν τῆς ἀρετῆς ἐπιμένει. Ὅτι γὰρ ὁ δοῦλος καὶ ὁ δεσπότης διγενεχῆ ἔχουσι τὴν ἐνεῖθεν ἐγγυμνήτην ὠφέλειαν, εἰ βούλωσιν, ἐνωσεῖσθαι, ὁ μὲν δοῦλος, ὅτι διὰ τοῦτο εἰργαστὸν τὴν δουλείαν, ἐπειδὴ ὁ Χάμ εἰς τὸσαῦτα προπέτεια ἐξώκειλε· καὶ ὁ δεσπότης, πάλιν λογιζέσθω, ὅτι ὡχ ἐτέρωθεν ἡ ὑποταγὴ γέγονε καὶ ἡ δουλεία, ἀλλ' ἢ ἀπὸ τοῦ μοχθηρῶν ἐκείνον ἐπεδείξασθαι γνώμην, καὶ τῆς ἰσοτιμίας τῶν ἀδελφῶν ἐκπεσεῖν.

ζ'. Ἄλλ' ἐὰν νῆρωμεν, ταῦτα τὰ διὰ τὰ ἡμαρτήματα τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων εἰσενεχθέντα εἰς τὸν βίον οὐδὲν ἱστέμει λυμηνάσθαι δυνατόν, μέχρι τῶν ὀνομάτων μόνον ἱστέμενα. Ἐπει καὶ ὁ πρωτόπλαστος διὰ τὴν παράδωσιν τοῦ θανάτου τὸ ἐπιτίμιον εἰσέγαγε, καὶ τὸ ἐν λύπῃ καὶ μόχθῳ τὴν ζωὴν καταδραπνᾶσθαι· καὶ ὡς τὴν δουλείαν· ἀλλὰ παραγενόμενος ὁ δεσπότης Χριστὸς ταῦτα πάντα μέχρι τῶν ὀνομάτων αὐτῶν ἀφῆκε εἶναι μόνον, ἐὰν βουλώμεθα. Οὐτε γὰρ ὁ θάνατος θανάτος ἐστὶ λοιπὸν, ἀλλὰ ἡνομα μόνον ἔχει θανάτου· μᾶλλον δὲ καὶ αὐτὸ τὸ ὄνομα ἀφῆρηθη. Οὐκέτι γὰρ οὐδὲ θάνατος αὐτὸν προσαγορεύομεν, ἀλλὰ κοίμησιν καὶ ὕπνον. Διὸ καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς ἔλεγε. Αἰψύρος ὁ φίλος ἡμῶν κεκοίμηται· καὶ ὁ Παῦλος γράφων Θεσσαλονικεῦσι, φησὶ· Περὶ δὲ τῶν κεκοιμημένων οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγροεῖν, ἀδελφοί. Καὶ ἡ δουλεία πάλιν ὁμοῦς ὄνομα ἐστὶν ἐκεῖνος γὰρ ἐστὶ δοῦλος ὁ τὴν ἡμαρτίαν ἐργασόμενος. Καὶ ὅτι καὶ ταύτην ἐξέειλεν ὁ Χριστὸς παραγενόμενος, καὶ μέχρι ὀνόματος αὐτὴν ἀφῆκε εἶναι, μᾶλλον δὲ καὶ τὴν προσήγορίαν αὐτὴν ἐξῆλειψεν, ἄκουε τοῦ Παύλου λέγοντος· Οἱ δὲ πιστοὺς ἔχοντες δεσπότης μὴ καταφρονεῖσσαν, ὅτι ἀδελφοί εἰσιν. Ὅρξ· πῶς ἐπισηλοῦσα ἡ ἀρετὴ, εἰς τὴν τῆς ἀδελφότητος συγγένειαν ἤγαγε τοὺς πρότερον τῷ ὀνόματι τῆς δουλείας ὑπευθύνους ὄντας. Καὶ ἐστὶ, φησὶ, Χαναάν παῖς, οἰκέτης τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ. Οὐκ ἐχρήσω, φησὶν, εἰς δέον τῇ τιμῇ, οὐδὲ ἠνεγκας τὴν εὐπραγίαν τὴν ἀπὸ τῆς ἰσοτιμίας· διὰ τοῦτο τῆ ἀποταγῇ σωφρονισθῆναι σε βούλομαι. Τοῦτο καὶ ἐξ ἀρχῆς ἐπὶ τῆς γυναικὸς γέγονεν. Ἐπειδὴ γὰρ ὁμοτιμῶς τῷ ἀνδρὶ γενομένη, οὐ καλῶς ἐχρήσατο τῇ δεδομένη τιμῇ, διὰ τοῦτο ἀφῆρηθη τὴν ἐξουσίαν, καὶ ἤκουσε· Πρὸς τὸν ἀνδρα σου ἡ ἀποστοργή σου, καὶ αὐτὸς σου κυριεύσει. Ἐπειδὴ οὐκ οἶσθα, φησὶ, καλῶς κεχρησθαι τῇ ἀρχῇ, μάθε καλῶς ἀρχεσθαι, ἢ κακῶς ἀρχεῖν. Διὰ τοι τοῦτο καὶ οὗτος νῦν σωφρονισμοῦ ἔνεκεν δέχεται τὸ ἐπιτίμιον, καὶ διὰ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ τὴν κώλασιν ὑπομένει, ἵνα μάθῃ, ὅτι κἂν γηραλέος λοιπὸν ἦν, ἀλλ' ἢ τιμωρία εἰς τὸν υἱὸν διαθήσεται· ὅπερ κικρᾶν καὶ ὀδυνῶν αὐτῷ τὴν ζωὴν εἰργάσαστο ἐνοοῦντι, ὅτι καὶ μετὰ τὴν αὐτοῦ τελευτήν ὁ παῖς ἡμελλε δίκας τίνειν ὑπὲρ τῶν αὐτῷ πε-

b Quatuor mss. ἡουσίαν, et sic legit interpretes. c Ita codex unus apud Savilianum. Editi οὕτω.

dem enim erat, et major natu quam Japheth : at licet ætate illo prior erat, voluntate tamen minor, et temeritas illum dejecit. Nam quia noluit intra suos limites manere, amisit honorem sibi a natura traditum : et sicut ille id quod natura habuit, nequitia voluntatis amisit, ita Japheth quod natura non habuit, sanioiorem ob mentem accepit.

6. *Cur filius maledictus sit ob patris peccatum. Patres pro liberis puniri optant.* — Vidisti quomodo nihil temere et fortuito in divina Scriptura reperitur? *Quæ fecerat sibi*, inquit, *filius suus junior.* 25. *Et dixit : Maledictus Chanaan filius, servus erit fratribus suis.* Ecce pervenimus ad quæstionem illam ubique motam. Multos enim audimus dicentes : Quare cum peccaverit pater, et prodiderit nuditatem, filius maledictum suscipit? Obsecro, attendite diligenter, et solutionem accipite. Illa enim dicemus, quæ suppeditaverit divina gratia propter vestram utilitatem. *Et dixit : Maledictus Chanaan filius, servus erit fratribus suis.* Non simpliciter, neque in vanum commemoravit filium, sed ob latentem rationem. Volebat enim simul et ipsum corripere propter peccatum, et contumeliam qua se affecterat : et simul volebat labefactare benedictionem, quæ illi pridem a Deo facta fuerat : *Benedixit enim*, inquit, *Deus Noe quando exivit ex arca, et filios illius* (Gen. 9. 1). Ut igitur ne videatur maledicere quem Deus semel benedixerat, præterito illo qui se contumelia affecterat, filio maledictum intulit. Esto, dixeris, hoc quidem ostendit propterea Cham maledictum non fuisse, quia prius a Deo benedictionem acceperat : quare autem cum ille peccaverit, hic prænam luit? Neque hoc absque ratione factum est. Nam pater non minorem pœnam habuit, quam filius, et cruciatum sensit. Scitis enim, scitis quomodo sæpenuero patres peccati sunt ut filiorum pœnas ipsi ferrent ; et gravius illis esse videre filios supplicio afflci, quam si ipsi iis forent obnoxii. Factum est hoc igitur, ut ille ob naturalem in filium amorem, majorem sentiret dolorem, et benedictio Dei servaretur inviolata, et filius accepta maledictione, suorum propriorum pœnas peccatorum lueret. Nam licet propter patris peccatum nunc maledictioni sit obnoxius, attamen verisimile est, eum etiam propter sua delicta dedisse pœnam. Non enim solum propter peccatum patris maledictionem accepit, sed fortassis etiam ut per ipsum ille majorem pœnam penderet. Nam quod neque patres pro filiis, neque filii pro patribus pœnam luan, sed unusquisque pro suis peccatis pœnæ sit obnoxius, multis in locis a prophetis dictum invenimus, ut cum dicunt : *Comedentis uvæ acerbas, dentes obtupescunt* (Jer. 31. 29) ; et, *Anima quæ peccaverit, ipsa et morietur* (Ezech. 18. 20) ; et iterum : *Non moriantur patres pro filiis, neque filii pro patribus* (Deut. 24. 16). Nullus igitur vestrum, queso, quasi ignorans divinæ Scripturæ scopum, audeat hæc scripta reprehendere, sed grato animo quæ dicuntur accipiat, admireturque divinæ Scripture miram diligentiam, et expendat quantum malum sit peccatum. Ecce enim fratrem eadem natum puerpera, co-

dem egressum utero, subingressum peccatum servum fecit, et ablata libertate, in subjectionem illum induxit : unde postea servitus sumpsit originem. Neque enim antea solebant ita molliter agere, deliciari et aliorum ministeriis indigere. Sed sibiipsis qui quo ministrabant, eratque par omnium honor, et ablata e medio erat omnis inæqualitas ; ubi autem peccatum intravit, libertatem perdidit, et dignitatem a natura datam labefactavit, servitumque introduxit, ut continua sit doctrina et admonitio humanæ naturæ, ut fugiamus servitutem peccati, et ad virtutis libertatem redeamus. Quod enim servus et dominus hinc continuam, si velint, habeant utilitatem, cogitent, servus quidem ideo in servitutem se redactum, quia Cham in tantam pervenerat temeritatem : et dominus quoque cogitet, non aliunde subjectionem et servitutem cœpisse, quam quod ille perversam exhibuerit voluntatem, et a pari fratrum dignitate exciderit.

7 Verum, si sobrii sumus et prudentes, nihil nos offendent hæc propter peccata parentum nostrorum introducta in hanc vitam, cum res in nominibus solis versetur. Quia et primus parens propter transgressionem mortis pœnam vitamque in laboribus mœroribusque consumendam intulit, et hic servitutem : verum superveniens Dominus Christus hæc omnia esse permisit ad nomina usque tantum, si volumus. Neque enim mors, mors ultra est, sed nomen tantum habet mortis, imo et ipsum nomen sublaturum est. Nam neque mortem ipsam ultra dicimus, sed soporem et somnum. Proinde et Christus ipse dicebat : *Lazarus amicus noster dormit* (Joan. 11. 11) : et Paulus Thessalonicensibus scribens, inquit : *De dormientibus autem nolo vos ignorare, fratres* (1. Thess. 4. 12). Et servitus quoque similiter nomen est : ille enim est servus, qui peccatum operatur. Et quod etiam hæc abstulerit adventu suo Christus, nec nisi nomen esse permisit, imo et vocabulum ipsum deleverit, audi Paulum dicentem : *Qui autem fideles habent dominos, non contemnant eos, quia fratres sunt* (1. Tim. 6. 2). Vides quomodo ubi virtus subintravit, eos in fraternitatis nomen congregavit, qui prius servitutis nomine erant obnoxii? *Et erit*, inquit, *Chanaan filius servus fratribus suis.* Abusus es, inquit, honore, non bene te gessisti, cum par esses dignitate ; propterea subjectione emendari te volo. Hoc ab initio et mulieri contigit. Quoniam enim par erat viro dignitate, et honore abusa est, propterea talis est ab illa potestas, et audivit : *Ad virum tuum conversio tua ; et ipse tui dominabitur* (Gen. 3. 16). Quia nescivisti, inquit, imperio recte uti, disce potius recte imperio subijci, quam male imperare. Proinde etiam hic nunc ad emendationem pœnam accipit, et per filium ipse cruciatur : ut discas, etsi senex tunc esset, attamen, quia pœna in filium transiit, id ipsi luctuosam et insuavem vitam fecisse, cogitanti etiam post suam mortem filium pœnam luiturum esse. Nam quod filius per se malus, et omnes qui ab illo nati fuerint abominabiles, et ad malum propense declinant, audi Scripturam dicentem per modum maledi-

cti: *Patertuus Amorrhæus, et mater tua Chetæa* (Ezech. 46. 3). Et alius contumeliose dicit, *Semen Chanaan, et non Juda* (Dan. 13. 56). Porro operæ pretium fuerit audire nunc post pœnam, quam accepit is qui nuditatem evulgavit, quæ præmia assequuti sint ii qui tantam reverentiam et honorem patri exhibuerunt. 26. *Et dixit, inquit, Benedictus Dominus Deus Sem, et erit Chanaan servus illius.* Hoc, forte quis dixerit, non est benedicere Sem. Imo valde benedixit illum. Quando enim Deus benedicitur, et aguntur illi gratiæ ab hominibus, tunc uberior ab illo solet istis benedictio dari, propter quos ipse benedicitur. Itaque benedicens Deum debitorem ipsum fecit majoris benedictionis, auctorque fuit Sem majoris retributionis, quam si eum ipse per se benedixisset. Sicut enim quando benedicitur propter nos, multum id nobis conciliat favoris: ita et contra quando propter nos alii illum blasphemant, major hinc nostra fit condemnatio, qui causam dedimus. Quocirca, obsecro, obsecro, deus operam, ut ita vivamus, et tantæ virtutis specimen exhibeamus, ut omnes, qui nos viderint, benedictiones laudis offerant Domino Deo. Nam quia bonus et benignus est, per nos vult gloria affici: non quod ipsi aliquid ad suam gloriam accedat: nullius enim indignus est; sed ut occasiones ipsi præbeamus, ut majori nos benevolentia prosequatur. *Benedictus Dominus Sem, et erit Chanaan servus illius.* Vides quomodo paternam pœnam profert, quæ tamen emendatio potius erat, quam pœna? Pater enim erat, et amantissimus pater, neque justam pœnam volebat inducere, sed ita ut ulteriorem malitiam reprimeret. Ideo, ait, ad servitutem te condemno, ut jugem et indelebilem habeas facti memoriam. Postea dicit: 27. *Dilatet Deus Japheth, et habitet in tabernaculis Sem, et fiat Chanaan servus illius.* Iterum hæc quoque maxima benedictio est, forte latentem aliquem habens thesaurum. *Dilatet, inquit, Deus Japheth.* Non aberrabit quis, si dixerit benedictiones justis prophetias esse. Nam si pater Noe non simpliciter, neque frustra vocabulum indidit Noe, sed vaticinatus est per nomen futurum diluivium: multo magis justus ille non simpliciter, neque frustra benedictiones protulit. Opinor enim eum hos duos benedicendo, duorum populorum vocationem significare voluisse: et per Sem quidem Judæos: ex illo enim et Abraham, et Judæorum genus multiplicatum est: per Japheth autem, gentium vocationem. Vide autem benedictionem hæc prænuntiare: *Dilatet enim, inquit, Deus Japheth, et habitet in tabernaculis Sem.* Hoc in gentibus adimpletum videmus. Cum dicit enim, *Dilatet*, omnes gentes subindicavit; sed dicendo, *Habitet in tabernaculis Sem*, significat gentes frui cœpisse iis quæ Judæis parata et adornata erant. *Et erit Chanaan servus ejus.*

8. Vidistis qualem et ii grati animi acceperunt mercedem, et quanta ille propter temeritatem et imprudentiam ignominia affectus est? Sint hæc perpetuo in nostra mente scripta, ut horum æmulatores et imitatores fieri possimus: hujus autem improbam mentem, et ingentem petulantiam fugiamus. 28. *Et*

vixit, inquit, Noe post diluivium annos trecentos quinquaginta; 29. et fuerunt omnes dies Noe nongenti quinquaginta anni, et mortuus est. Ne hoc putes absque causa assignasse Scripturam, sed vide et hoc loco justis continentiam. Quia cum tanta frueretur ubertate et prosperitate, superviveretque tanto annorum numero post egressum ab arca, noluit ultra indulgere liberorum procreationi. Non enim commemorat Scriptura illum alios præter tres istos habuisse liberos. Illiciterum cogita magnam salacitatem Chami, quia neque patrem videns tantæ continentiæ, castior ipse factus est, sed omnia diverso modo quam pater agebat. Proinde merito omne ipsius genus in servitutem condemnatum est, ut improbæ voluntatis frenum haberet. Deinde hic narrat Scriptura eos qui ex filiis nati sunt, et inquit: *Cham autem genuit Chus; et rursus, Chus genuit Nemrod, qui cœpit esse gigas super terram. Hic fuit gigas venator coram Domino* (Cap. 10. 6. 8. 9). Quidam dicunt hic, *Coram Domino*, idem esse quod contra Deum: ego autem non puto Scripturam hoc insinuare, sed ipsum fortem robustumque fuisse. Quod autem dicit, *Coram Domino Deo*, hoc est, ab eo constitutus, eo quod acceperat benedictionem ab illo: vel quod Deus per hunc esset in admiratione habendus, quod talem produxisset, et super terram monstrasset. Sed hic iterum proavum suum imitatus, et abusus naturæ prærogativis, alium servitutis modum adinvenit, atque principatum regnumque affectavit. Rex enim nunquam fuerit, si non sint subditi: tunc autem vere videtur esso libertas: servitus porro gravissima est in ordine libertatis, præsertim si liberis imperetur. Ac vide quanta faciat ambitio: vide corporis robur non manens intra suos limites, sed plura expetens, et gloriæ appetentem naturam. Non enim ut defenderet illos, imperabat; sed et civitates ædificabat ut hostibus imperaret. 11. *Inde enim, inquit, ex terra illa exivit Assur, et ædificavit Niniven.* Animadvertite hic quoque nihil lædere naturam nostram progenitorum malitiam. Hi enim, Ninivitas dico, misericordiam Dei poenitentia sibi conciliarunt, revocata illius sententia: hi, inquam, progenitorem habuerunt Cham proccidam, deinde Nemrod hominem tyrannum et arrogantem, et quo ortus Assur (a). Dicuntur autem forte et alii fuisse inter illos molles et delicati, et dissolutam ac corruptam agentes vitam, ebrietati, et risui, et subsannationibus, et scommatis dediti. Sed quia sinceram præ se ferre voluere poenitentiam, nihil ipsis obfuit progenitorum malitia, sed tantum sibi cœlestis favoris concilia-

(a) In græco legitur, ἕρπονεν λαχόμενα ἐν λασσίοις. Vetus Interpres, nepotem quoque Assur; nos veritatem, ex quo ortus Assur. Assur ergo putat Chrysostomus ex Nemrodo ortum esse, contra quam legitur in eodem nono capite Genesico, ubi Assur filius Semi dicitur. Locus autem quem hic explanat Chrysostomus, nempe: *De terra illa egressus est Assur*, varie explicatur ab interpretibus; alii putant hic de Nemrodo agi, dicitque ipsum profectum esse de terra Senaar Assur, id est in Assyriam, et ædificasse Niniven, etc. Alii dicunt his indicari Assur filium Sem exivisse de terra Senaar, et ædificasse Niniven, etc., cui opinioni favent LXX Interpretes, favet etiam Vulgata. Huic ergo libentius assilipulor multis de causis, quas hic recensere longioris est operæ: quamobrem res aliud in tempus remittatur oportet.

πραγμένων. Ὅτι γὰρ καὶ ὁ παῖς ὀκθοεν μοχθηρὸς ὑπῆρχε, καὶ οἱ ἐξ ἐκείνου πάντες βδελυκτοὶ γεγόνασι πρὸς κακίαν ἀποκλίναντες, ἀκουε τῆς Γραφῆς λεγούσης ἐν τάξει κατάρα· Ὁ πατήρ σου [291] Ἄμορραῖος, καὶ ἡ μήτηρ σου Χετταία. Καὶ πάλιν ἑτεροὶ τις ἐνουβρίζων, Σπέρμα Χαναάν καὶ οὐκ Ἰούδα. Ἀλλὰ γὰρ ἄξιον λοιπὸν ἀκοῦσαι μετὰ τὴν ἐπιτίμησιν, ἣν ἐδέξατο ὁ τὴν γύμνωσιν τοῦ πατρὸς ἐκπομπεύσας, τίνων ἀξιοῦνται τῶν ἀμοιβῶν οἱ τὴν τοσαύτην αἰδῶ καὶ τὴν τιμὴν ἀπονεύμαντες τῷ πατρί. Καὶ εἶπε, φησὶν, Ἐυλόγητός Κύριος ὁ Θεὸς τοῦ Σῆμ, καὶ ἔσται Χαναάν παῖς αὐτοῦ. Τοῦτο, ἴσως ἂν τις εἴποι, οὐκ ἔστι τὸν Σῆμ εὐλογησαί. Καὶ σφοδρὰ μὲν εὐλόγησεν αὐτόν. Ὅταν γὰρ ὁ Θεὸς εὐχαριστεῖται καὶ εὐλογεῖται διὰ τῶν ἀνθρώπων, τότε θαυμάσιον τὴν παρ' αὐτοῦ εὐλογίαν εἴωθε χορηγεῖν ἐκείνοις, δι' οὓς αὐτὸς εὐλογεῖται. Εὐλογήσας τοίνυν τὸν Θεόν, ὀφείλοντες αὐτὸν κατέστησε μείζονος εὐλογίας καὶ αἰτίας γέγονε τῷ Σῆμ πλείονος ἀμοιβῆς, ἣς αὐτὸς αὐτόν, εἰ δι' αὐτοῦ εὐλόγησεν. Ἐπεὶ γὰρ ὅταν εὐλογηται δι' ἡμᾶς, κολλῆς ἡμᾶς ἀξίαι τῆς παρ' αὐτοῦ εὐνοίας, οὕτω πάλιν ἐπειδὴν δι' ἡμᾶς ἔτεροι αὐτὸν βλασφημῶσι μείζον ἐνεσθῆν ἡμῖν ἢ κατάκρισις γίνεται τοῖς τὴν αἰτίαν παρεχομένοις. Σπουδάζωμεν τοίνυν, παρακαλῶ, οὕτω βιοῦν καὶ τοσαύτην ἐπιδεικνύσθαι τῆς ἀρετῆς τὴν ἐπίτασιν, ὡς τοὺς εἰς ἡμᾶς ὀρώντας εὐλογίας ὕμνους ἀναφῆρῃν τῷ Δεσπότη Θεῷ. Βούλεται γὰρ ἀγαθὸς ὢν καὶ φιλόανθρωπος δοξάζεσθαι δι' ἡμῶν, οὐκ ἐπειδὴ αὐτὸς τι προσλαμβάνει εἰς τὴν οἰκίαν δόξαν· ἀνευδοῆς γὰρ ἐστίν· ἀλλ' ἵνα ἀφορμὰς αὐτῷ παράσχωμεν τοῦ πλείονος ἡμᾶς ἀξιῶν τῆς παρ' αὐτοῦ εὐνοίας. Ἐυλόγητός Κύριος ὁ Θεὸς τοῦ Σῆμ, καὶ ἔσται Χαναάν παῖς αὐτοῦ. Ὅρᾶς πῶς πατρικὴν ἐπιδεικνύεται τὴν τιμωρίαν, σφρονησιμὸν οὖσαν μᾶλλον ἢ τιμωρίαν; Πατήρ γὰρ ἦν, καὶ πατήρ φιλόστοργος, καὶ οὐ τὴν ἀξίαν ἐθούλετο δίκην ἐπαγαγεῖν, ἀλλ' ὥστε τὴν εἰς τὸ πρόσω κακίαν ἐγκόψαι. Διὰ τοῦτο, φησὶ, δουλεῖ σε καταδικάζω, ἵνα διηνεκῆ καὶ ἀνεξάλειπτον ἔχῃς τὴν ὑπόμνησιν. Εἰτά φησὶ· Πλατῦναι ὁ Θεὸς τῷ Ἰάφεθ, καὶ κατοικήσάτω ἐν τοῖς σκηνώμασι τοῦ Σῆμ, καὶ γεννηθήτω Χαναάν παῖς αὐτοῦ. Μεγίστη πάλιν αὕτη ἡ εὐλογία, τάχα τινὰ κεκρυμμένον ἔχουσα θησαυρῶν. Πλατῦναι γὰρ, φησὶν, ὁ Θεὸς τῷ Ἰάφεθ. Ὅχι ἂν τις ἀμάρτοι εἰπῶν προφητεῖαν εἶναι τὰς εὐλογίας τοῦ δικαίου. Εἰ γὰρ ὁ πατήρ αὐτοῦ οὐκ ἀπλῶς οὐδὲ ἐικῆ τὴν προσηγορίαν αὐτῷ ἐπέθηκεν, ἀλλὰ προφητεύων διὰ τοῦ ὀνόματος τὸ μέλλον εἶσεσθαι κλυδώνιον· πολλῶ μᾶλλον ὁ δικαίος οὗτος οὐκ ἂν ἀπλῶς οὐδὲ μάτην τὰς εὐλογίας ἐποίησατο. Διὰ γὰρ τῶν εὐλογιῶν τούτων, τοῦ Σῆμ καὶ τοῦ Ἰάφεθ, τῶν δύο λαῶν ἀντίτεσθαι αὐτὸν οἶμαι τὴν κλήσιν καὶ διὰ μὲν τοῦ Σῆμ, τοὺς Ἰουδαίους· ἐξ ἐκείνου γὰρ ὁ πατριάρχης Ἀβραάμ, καὶ τὸ τῶν Ἰουδαίων ἐπιδέδωκε γένος· διὰ δὲ τοῦ Ἰάφεθ, τὴν τῶν ἐθνῶν κλήσιν. Ὅρα γὰρ καὶ ταύτην τὴν εὐλογίαν τοῦτο προμηνύουσιν. Πλατῦναι γὰρ, φησὶν, ὁ Θεὸς τῷ Ἰάφεθ, καὶ κατοικήσάτω ἐν τοῖς σκηνώμασι τοῦ Σῆμ. Τοῦτο ἐπὶ τῶν ἐθνῶν εἰς ἔργον ἐκδεθρῆς ὀρῶμεν. Διὰ μὲν γὰρ τοῦ εἰπεῖν, Πλατῦναι, τὰ ἐθνη πάντα ἠνίκατο· διὰ δὲ τοῦ [292] εἰπεῖν, Κατοικήσάτω ἐν τοῖς σκηνώμασι τοῦ Σῆμ, ὅτι τῶν τοῖς Ἰουδαίοις εὐτρεπισθέντων καὶ ἐκείνοις παρασκευασθέντων τὰ ἔθνη τὴν ἀπάλαυσιν ἔσχε. Καὶ γεννηθήτω Χαναάν παῖς αὐτοῦ.

ἢ. Εἶδες οἶα; ἔλαβον καὶ οὗτοι τῆς εὐγνωμοσύνης τὰς

ἀμοιβὰς, καὶ πόσην ἐκείνος διὰ τῆς προπτείας αὐτοῦ κατεσκέδασε τὴν αἰμίαν. Ταῦτα διηνεκῶς ἔχωμεν ἐπιγεγραμμένα τῇ διανοίᾳ τῇ ἡμετέρᾳ, ἵνα τῶν μὲν μιμηταὶ καὶ ζηλωταὶ γενέσθαι δυνηθῶμεν, τοῦ δὲ φύγωμεν τὸ μοχθηρὸν τῆς γνώμης, καὶ τῆς προπτείας τὴν ὑπερβολήν. Καὶ ἔφησε, φησὶ, Νῶε μετὰ τὸν κατακλυσμόν ἔτη τριακόσια πενήκοντα· καὶ ἐγένοντο πᾶσαι αἱ ἡμέραι Νῶε ἑννακόσια πενήκοντα ἔτη, καὶ ἀπέθανε. Μὴ νομίσης δὲ τοῦτο ἀπλῶς ἐσημηνασθαι τὴν θείαν Γραφήν, ἀλλ' ὄρα καὶ ἐντεῦθεν τὸν δικαίου τὴν ἐγκράτειαν ὅτι οὐτε ἀδίας καὶ ἀνέως ἀπολαύσας, καὶ τοσοῦτον ἀριθμὸν ἐτῶν ἐπιζήσας, μετὰ τὴν ἀπὸ τῆς κιβωτοῦ ἔξοδον, παιδοποιίας ἠνέσχετο λοιπόν. Οὐδὲ γὰρ ἐμνημόνευσεν ἡ Γραφή, ὅτι ἑτέρους ἔσχε παῖδας; κλην τούτων τῶν τριῶν. Ἐντεῦθεν πάλιν λογίζου· τοῦ Χάμ τὴν πολλὴν ταύτην ἀκολασίαν, ὅτι οὐτε τὸν πατέρα ὀρῶν τοσαύτην ἐπιδεικνύμενον ἐγκράτειαν ἐσφρονηζέτο, ἀλλ' ἀπ' ἐναντίας τῷ γεγεννηκότι ἔπαντα διεπράττετο. Διδὸ καὶ εἰκότως ἔπαν τὸ ἐξ αὐτοῦ γένος τῇ δουλείᾳ καταδικάζετο, ἵνα χαλινὸν ἔχη τῆς μοχθηρῆς προαιρέσεως. Εἰτα ἐντεῦθεν διηγουμένη ἡ θεία Γραφή τοὺς ἐκ τῶν παίδων τεχθέντας, φησὶ· Χάμ δὲ ἐγέννησε τὸν Χού· καὶ πάλιν· Χοὺς δὲ ἐγέννησε τὸν Νεβρώδ. Οὗτος ἤρξατο εἶναι γίγας ἐπὶ τῆς γῆς. Οὗτος ἦν γίγας κυνηγὸς ἐναντίον Κυρίου. Καὶ τινες μὲν φασὶ τὸ Ἐναντίον Κυρίου, ἀντὶ τοῦ ἐναντιούμενος τῷ Θεῷ· ἐγὼ δὲ οὐχ ἠγούμαι τοῦτο εἰναιτεσθαι τὴν θείαν Γραφήν, ἀλλ' ὅτι ἰσχυρὸς τις ἦν καὶ ἀνδρείος. Τὴ δὲ ἀπέναντι Κυρίου τοῦ Θεοῦ, ἀντὶ τοῦ, ὑπ' αὐτοῦ παραχθῆς, ὑπ' αὐτοῦ δεξάμενος τοῦ Θεοῦ τὴν εὐλογίαν ἢ, ἢ ὅτι ἡμελλεν ὁ Θεὸς δι' αὐτοῦ θαυμάζεσθαι, ὡς τοιοῦτον παραγαῶν καὶ δεῖξας ἐπὶ τῆς γῆς. Ἀλλὰ καὶ οὗτος πάλιν μιμούμενος τὸν πρόγονον, καὶ οὐκ εἰς δέον χρησάμενος τοῖς τῆς φύσεως προτερήμασι, ἕτερον δουλείας ἐφευρε τρόπον, καὶ ἀρχῶν καὶ βασιλεὺς γενέσθαι ἐπεχείρησε. Βασιλεὺς γὰρ οὐκ ἂν γένοιτο ποτε μὴ ὄντων τῶν ἀρχομένων. Αὕτη δὲ δοκεῖ μὲν μᾶλλον ἐλευθερία εἶναι· δουλεία δὲ ἔστι χαλεπωτάτη ἐν ἐλευθερίας τάξει, ὅση καὶ τῶν ἐλευθέρων κρατεῖ. Καὶ ὄρα τὴν πλεονεξίαν, ὅσα ποιεῖ· ὄρα τοῦ σώματος τὴν ἰσχὴν οὐ μένουσαν ἐπὶ τῶν οἰκείων ὄρων, ἀλλ' αἰετὸ πλείονος ἐπιεμένην, καὶ τῆς δόξης ὀρεγομένην. Οὐ γὰρ ὡς προστάμενος αὐτῶν, ὑπέταττεν, ἀλλὰ καὶ πόλεις ψυχοδόμει, ἵνα ἀρχὴ τῶν πολεμίων. Ἐκεῖθεν γὰρ, φησὶν, ἐκ τῆς γῆς ἐκαίρης ἐξῆλθεν ὁ Ἀσσοὺρ, καὶ ψυχοδόμησε τὴν Νινευί. Σκόπει μοι πάλιν ἐνταῦθα, πῶς οὐδὲν λυμαίνεται τὴν ἡμετέραν φύσιν ἡ κακία τῶν προγόνων. Οὗτοι γὰρ οἱ Νινευίται, οἱ τὴν τοῦ Θεοῦ φιλιανθρωπίαν [293] διὰ τῆς μετανοίας ἐπισπασάμενοι, καὶ τὴν ἀπόφασιν τοῦ Δεσπότη ἀνακαλεσάμενοι, οὗτοι μὲν πρότερον ἔσχον προπάτορα τὸν Χάμ, τὸν πατραλοῖαν ἐκείνον· ἐπειτα τὸν Νεβρώδ, ἀνθρωπὸν τύραννον καὶ αὐθάδη, ἔργον ἐσχηκότα τὸν Ἀσσοὺρ. Λέγονται δὲ ἴσως καὶ ἕτεροι γεγενῆσθαι ἐν αὐτοῖς βλάπας καὶ διατεθρυμμένοι, καὶ τὸν ὑγρὸν καὶ διαβρέοντα ζῶντες βίον, μέθη καὶ γέλωτι καὶ κώμοις καὶ χλευασταῖς αὐτοὺς ἐκδεδωκότες· ἀλλ' ἐπειδὴ ἠβουλήθησαν ἀκριβῆ τὴν μετάνοιαν ἐπιδείξασθαι, οὐδὲν αὐτοὺς ἐλυμήνατο τῶν προγόνων ἢ κακία, ἀλλὰ τοσαύτην

^b Graec mss. τὴν ἀναλογία. aliquae ita legit interprets.

^c Quatuor mss. ὀρεγομένην τὴν φύσιν, aliquae ita legit velut interprets.

^a Sa. II. in marg. conj. ἣς εἰ αὐτὸς αὐτὸν δι' αὐτοῦ.

ἐφελκύσαντο τὴν ἄνωθεν ῥοπὴν, ὡς μέχρι τοῦ νῦν ἄδεσθαι αὐτῶν τὸ τῆς μετανοίας κατόρθωμα.

Τούτους τοίνυν καὶ ἡμεῖς μιμησώμεθα, καὶ μαθόντες ὡς οὔτε κακία προγόνων ἡμᾶς λυμάνεται, ἐὰν νήφειν βουλώμεθα, οὔτε ἀρετὴ προγόνων ὠφελῆσαι ἡμᾶς τι δύναται, ἐὰν βραθυμώμεν, πολλὴν σπουδὴν ποιώμεθα τῆς ἀρετῆς ἀντέχεσθαι, καὶ εὐγνώμονα προαίρεσιν ἐπιδειξώμεθα, ἵνα τῆς αὐτῆς εὐλογίας τῷ Σῆμ καὶ τῷ Ἰάφθ ἀπολαύσωμεν, καὶ τῆς κατάρας καὶ τῆς δουλείας, ἣν ὁ Χαναάν ἐδέξατο, ἐλευθερωθῶμεν, καὶ μὴ γενώμεθα δούλοι τῆς ἀμαρτίας, ἀλλὰ τὴν ἀληθῆ ἐλευθερίαν κτησάμενοι, τῶν ἀπορρήτων ἐκείνων ἀγαθῶν ἐπιτύχωμεν, χάριτι καὶ φιλανθρωπία τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ αἰεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

OMIΛΙΑ Λ'.

Καὶ ἦν πᾶσα ἡ γῆ χεῖλος ἐν, καὶ φωνὴ μία πᾶσιν.

α'. Ἰδοὺ πρὸς τὸ τέλος ἐφθάσαμεν λοιπὸν τῆς ἁγίας Τεσσαρακοστῆς, καὶ τῆς νηστείας διηνούσαμεν τὸν πλοῦν, καὶ πρὸς τὸν λιμένα λοιπὸν τῆ τοῦ Θεοῦ χάριτι κατηντήσαμεν. Ἀλλὰ μὴ διὰ τοῦτο βραθυμώμεν, ἀλλὰ ταύτη μᾶλλον πολλῶ πλείονα τὴν σπουδὴν καὶ τὴν ἀγρυπνίαν ἐπιδειξώμεθα. Ἐπεὶ καὶ οἱ κυβερνηταί, ἐπειδὴν μυρία διαβάντες πελάγη, πεπληρωμένων αὐτοῖς τῶν ἰστίων, καὶ τῶν φορτίων εἰς ὑψος ἐγκειμένων, εἰς τὸν λιμένα εἰσιέναι μέλλουσι, τότε μάλιστα πολὺν τὸν ἀγῶνα καὶ τὴν φροντίδα ἔχουσι, μήπου σκοπέλι τινὶ ἢ πέτρα προσράξεν τινὶ τὸ πλοῖον ἀνόνητον αὐτοῖς τὸν προλαβόντα πόνον γενέσθαι παρασκευάσῃ. Οὕτως καὶ οἱ δρομεῖς ποιοῦσιν ὅταν πρὸς τὸ τέλος τῶν σταδίων φθάσωσι, τότε μᾶλλον εὐτονώτερον τὸν δρόμον ἐπιδεικνύνται, ὥστε τοῦ τέλους ἐπιτυχεῖν, καὶ τῶν βραβεῖων ἀξιωθῆναι. Καὶ ἀθληταὶ δὲ μετὰ μυρία παλαίσματα καὶ τὰς νίκας, ὅταν τὴν περὶ τοῦ στεφάνου παλαίωσι πάλιν, πλείονα τὸν ἀγῶνα ἐπιδεικνύνται, ἵνα τὸν στέφανον λαβόντες οὕτως ἐξέλθωσι. Καθάπερ οὖν κυβερνηταὶ καὶ δρομεῖς καὶ ἀθληταί, τότε μᾶλλον τούτων ἕκαστος τὴν σπουδὴν [294] ἐπιτείνει καὶ τὴν ἀγρυπνίαν, ὅταν πρὸς τῷ τέλει γένωνται τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἡμᾶς προσήκει, ἐπειδὴ εἰς τὴν μεγάλην ταύτην ἑβδομάδα ἐφθάσαμεν τῆ τοῦ Θεοῦ χάριτι, νῦν μάλιστα καὶ τῆς νηστείας τὸν δρόμον ἐπιτείνειν, καὶ τὰς εὐχὰς εὐτονωτέρας ποιεῖσθαι, καὶ πολλὴν καὶ ἀκριβῆ τὴν ἐξομολόγησιν τῶν ἡμαρτημένων ἐπιδειξασθαι, καὶ τὴν περὶ τὰς ἀγαθὰς πράξεις ἐργασίαν, ἐλεημοσύνην δαψιλῆ, ἐπιεικίαν, πραότητα, τὴν ἀλλήν ἅπασαν ἀρετὴν, ἵνα μετὰ τούτων τῶν κατορθωμάτων εἰς τὴν κυρίαν φθάσαντες ἡμέραν ἢ τῆς παρὰ τοῦ Δεσπότητος φιλοτιμίας ἀπολαύσωμεν. Μεγάλην δὲ καλοῦμεν τὴν ἑβδομάδα, οὐκ ἐπειδὴ πλέον ἔχει τὸ μήκος τῶν ὥρων· καὶ γὰρ εἰσὶν ἕτεροι πολλῶ μείζους ὥρας ἔχουσαι· οὐδὲ ἐπειδὴ πλείους ἡμέρας ἔχει· καὶ γὰρ ὁ αὐτὸς ἀριθμὸς καὶ ταύτη καὶ τὰς ἄλλαις πάσαις. Τίνος οὖν ἔνεκεν μεγάλην ταύτην καλοῦμεν; Ἐπειδὴ μεγάλα τινὰ καὶ ἀπόρρητα τυγχάνει τὰ ἐπάρξαντα ἡμῖν ἐν αὐτῇ ἀγαθὰ. Ἐν γὰρ ταύτῃ ὁ χρόνιος ἐλύθη πόλεμος, θάνατος ἐσθέρθη, κατάρρα

^a Dies illa κυρία diem Paschatis significat, ut supra etiam animadvertere est. V. praef. tom. hujus § VI.

ἀνηρέθη, τοῦ διαβόλου ἡ τυραννὶς κατελύθη, τὰ πικρὰ αὐτοῦ διηρηπάγη, Θεοῦ καταλλαγὴ πρὸς ἀνθρώπους γέγονεν, οὐρανὸς βάσιμος γέγονεν, ἀνθρώποι τοῖς ἀγγέλοις συνεμίγησαν, τὰ διεστῶτα συνήφθη, ὁ φραγμὸς περιηρέθη, τὸ κλειθρὸν ἀνηρέθη, ὁ τῆς εἰρήνης Θεοῦ εἰρηνοποίησε τὰ ἄνω καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. Διὰ τοῦτο τοίνυν μεγάλην τὴν ἑβδομάδα καλοῦμεν, ἐπειδὴ τοσοῦτον κληθὸς δωρεῶν ἡμῖν ἐν αὐτῇ κεχάριται ὁ Δεσπότης. Διὰ τοῦτο πολλοὶ καὶ τὴν νηστείαν ἐπιτείνουσι, καὶ ἀγρυπνίας καὶ παννυχίδας ἱερὰς, καὶ ἐλεημοσύνας ἐπιδεικνύνται, δεικνύντες δι' ὧν πράττουσι τὴν τιμὴν, ἣν περὶ τὴν ἑβδομάδα ἔχουσι. Εἰ γὰρ ὁ Δεσπότης τοσαῦτα ἐν αὐτῇ ἡμῖν ἀγαθὰ ἐδωρήσατο, πῶς οὐχὶ καὶ ἡμᾶς προσήκει δι' ὧν δυνάμεθα, τὴν αἰδῶ καὶ τὴν τιμὴν ἐπιδεικνύσθαι;

Καὶ γὰρ καὶ οἱ βασιλεῖς, δι' ὧν ποιοῦσι καὶ αὐτοὶ, δηλοῦσιν ὅσον ἔχουσι τὸ θαῦμα τούτων τῶν σεπτῶν ἡμερῶν, κελεύσαντες ἐκχειρίζαν ἅπαντας ἔχριν τοὺς τὰ πολιτικὰ οἰκονομοῦντας πράγματα, καὶ τῶν δικαστηρίων τὰς θύρας ἀποκλείειν, καὶ πᾶν εἶδος μάχης καὶ φιλονεικίας ἐλαύνεσθαι, ἵνα μετὰ πολλῆς ἡσυχίας καὶ γαλήνης ἐξῆ πρὸς τὴν τῶν πνευματικῶν κατόρθωσιν ἐπιείχεσθαι. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑτέραν φιλοτιμίαν ἐπιδεικνύνται· τοὺς τὸ δεσποτικὸν οἰκοῦντας ἀφίεισι τῶν δεσμών, καὶ κατὰ δύναμιν ἀνθρωπίνην μιμοῦνται τὸν αὐτῶν Δεσπότην. Καθάπερ γὰρ αὐτὸς, φησὶ ^b, τοῦ χαλεποῦ δεσποτηρίου τῶν ἀμαρτημάτων ἡμᾶς ἀνίστη, καὶ τῶν μυρίων ἀγαθῶν παρέχει τὴν ἀπόλαυσιν, τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἡμᾶς, φησὶ, προσήκει οἷς δυνάμεθα μιμητικὰς γενέσθαι τῆς τοῦ Δεσπότητος φιλανθρωπίας. Ἴδετε πῶς διὰ πάντων ἕκαστος ἡμῶν δείκνυσι τὴν αἰδῶ καὶ τὴν τιμὴν, ἣν περὶ τὰς ἡμέρας ἔχομεν τὰς τῶν τοσοῦτων ἀγαθῶν προξένους ἡμῖν γεγενημένας; Διὰ τοῦτο παρακαλῶ, νῦν μᾶλλον, εἰ καὶ ποτε ἄλλοτε, πάντα λογισμὸν βιωτικὸν ἀπωσάμενοι, καὶ τὸ τῆς διανοίας ὄμμα καθαρόν καὶ [295] διεγχευμένον ἔχοντες, οὕτως ἐνταῦθα παραγενώμεθα, καὶ μηδὲ εἰσιῖν εἰς τὴν ἐκκλησίαν βιωτικὰς ἐπισυρέσθω φροντίδας, ἵνα ἀξίαν τῶν πόνων τὴν ἀμοιβὴν λαβῶν, οὕτως οἴκαδε ἐπανέλθῃ. Φέρε σὺν πάλιν τὴν συνήθη τράπεζαν ὑμῖν παραθῶμεν, καὶ ἐκ τῶν πρόσφατον ἀναγνωσθέντων παρὰ τοῦ μακαρίου Μωϋσέως ἐστιάσωμεν ὑμῶν τὴν ἀγάπην, αὐτὰ τὰ ἀνεγνωσμένα εἰς μέσον ὑμῖν προθέντες, δεικνύντες τῆς θείας Γραφῆς τὴν ἀκρίβειαν. Ἐπειδὴ γὰρ τέλος ἐπέθηκε τῇ διηγήσει τῆ κατὰ τὸν Νῶε, ἐκ τοῦ Σῆμ λοιπὸν ἤρξατο τῆς γενεολογίας, καὶ φησι, *Καὶ τῷ Σῆμ ἐγεννήθησαν καὶ αὐτῷ πατρὶ πάντων τῶν υἱῶν Ἔβερ, ἀδελφῶ Ἰάφθ τοῦ μείζονος υἱοῦ.* Εἶτα τὸν κατάλογον τῶν ὀνομάτων ποιησάμενός φησι, *Καὶ τῷ Ἐβερ ἐγεννήθησαν δύο υἱοὶ ὄνομα τῷ ἐνὶ Φαλὲκ, ὅτι ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ διεμερίσθη ἡ γῆ.* Σκόπει πῶς τῇ προσηγορίᾳ τοῦ τεχθέντος ἐναπέθετο τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι μετ' οὐ πολὺ σημείου τὴν πρόγνωσιν, ἐν ὅταν Ἰδης εἰς ἔργον τὸ πρῶτον ἐξεληθὸν, μηκέτι ξενισθῆς ὀρῶν ἄνωθεν τοῦτο τὴν προσηγορίαν τοῦ παιδὸς προμηνύουσαν. Μετὰ γὰρ τὸ ποιησασθαι τῶν ἐξῆς γεγεννημένων ἐκ τούτων τὸν κατάλογον, φησὶν· *Καὶ ἦν πᾶσα ἡ γῆ χεῖλος ἐν, καὶ φωνὴ μία πᾶσιν*· οὐ περὶ τῆς γῆς λέγουσα, ἀλλὰ περὶ τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους, ἵνα ἡμᾶς διδάξῃ ὅτι μίαν γλώσσαν ἅπαντα ἡ τῶν ἀνθρώπων εἶχε φύσις. *Καὶ ἦν πᾶσα ἡ γῆ, φησὶ, χεῖλος ἐν, καὶ φωνὴ μία πᾶσι.* Χεῖλος ἐν, τὴν λαλίαν φησὶ, καὶ φωνὴν πάλιν τὸ αὐτὸ, ἵνα εἴπῃ ὅτι ὁμόφωνοι καὶ ὁμόγλωσσοι πάντες ἦσαν. Καὶ ὅτι περὶ λα-

^b Vox hic, ut saepe alias, supervacanea.

runt, ut usque nunc celebretur præclara eorum penitentia.

Moralis exhortatio. — Proinde illos et nos imitemur, et cum sciamus neque parentum nequitiam nos lade-re, si voluerimus respiscere, neque parentum virtu-tem nobis prodesse, si fuerimus negligentes, magnum sit nobis studium virtutis, et gratam voluntatem osten-damus, ut eandem quam Sem et Japheth consequamur benedictionem : et ut a maledictione et servitu-te, quam Chanaan accepit, liberemur, et ne simus servi peccati, sed veram possidentes libertatem, inef-fabilia bona adipiscamur, gratia et misericordia Do-mini nostri Jesu Christi, cum quo Patri, simul et Spi-ritui sancto sit gloria, imperium, honor, nunc et sem-per, et in sæculorum sæcula. Amen.

HOMILIA XXX.

Et erat omnis terra labium unum, et vox una omnibus (Gen. 11 1).

1. *A negligentia auditores avertit. Confessio peccato-rum. Horæ majores vel minores pro longitudine dierum. Cur magna dicatur hæc hebdomada.* — Ecce tandem ad finem sanctæ Quadragesimæ venimus, et jejunii navigationem perfecimus, appulimusque, Dei gratia, in portum. Verum non ideo negligentes simus, sed hac de causa iterum majus studium, majorem dili-gentiam, majorumque vigilantiam exhibeamus. Nam et naucleri cum per multa maria transierint, et plenis velis, eductisque mercibus (a) in portum ingressuri fuerint, tum maximam curam et sollicitudinem gerunt, ne in scopulum vel in petram quamdam impin-gant, quæ omnes priores labores simul disperdat. Ita quoque faciunt cursores : cum enim ad finem stadio-rum perveniunt, vehementiorem servant cursum, ut metam attingant, et præmia mereantur. Athletæ quo-que post plurima certamina et victorias, cum pro co-rona certandum est, majori nisu omnia faciunt, ut accepta corona abeant. Itaque quemadmodum naucleri, et cursores, et athletæ, ubi ad finem veniunt, magis enituntur et vigilant : eodem modo et nos faci-amus oportet, quia in magnam hanc hebdomadam Dei gratia pervenimus, nunc maxime jejunii cursus intendendus, et ferventiores fundendæ preces, facien-daque diligens et pura peccatorum confessio, et in bo-nis operibus sedulitas exhibenda, eleemosyna larga, a quitas, mansuetudo, alixque virtutes : ut talibus ornatî virtutibus, ubi in diem Dominicam Paschæ ve-nerimus, Domini liberalitate fruamur. Magnam autem vocamus hebdomadam, non quod longiores in ea sint horæ : sunt enim aliæ quæ multo majores horas ha-bent; neque quod plures dies habeat : est enim idem numerus in hac aliisque omnibus. Quare ergo illam vocamus magnam? Quia in illa magna quædam et inef-fabilia bona contigerunt nobis. In illa enim solum est bellum diutinum, exstincta mors, maledictio in-terempta, diaboli tyrannis dissoluta, vasa ejus direpta;

(a) His innuit Chrysostomus, suo tempore in mare fuisse, ut ex navibus, confecto navigatiois cursu, antequam in portum intraretur, onera et sarcinæ educerentur, et in sup-pleto tabulato ponerentur.

Deus hominibus reconciliatus est, cælum penetrabile factum est, homines cum angelis commixti sunt, quæ distabant conjuncta sunt, sepes sublata, septum remo-tum, Deus pacis pacifica fecit omnia, quæ in cælis et quæ in terris. Ilac itaque de causa magnam hebdomadam vocamus, quia tantam nobis donorum multitudi-nem in illa largitus est Dominus. Et idcirco multi et jejunium intendunt, et vigiliis, et pernoctationes sa-cras, et eleemosynas, hinc exhibentes eam, quam hebdomadæ huic præstant, honorem. Nam si Do-minus talia bona in illa nobis donavit, quomodo non et nos debemus, quantum possumus, reverentiam et ho-norem ostendere?

Justitium indictum hebdomada sancta. — Enimvero Imperatores ipsi gestis suis declarant quam venerabi-les illos dies habeant, mandantes ut omnibus sint induciæ et feriæ iis qui civilibus funguntur negotiis, ut-que claudantur fores judiciorum, et eliminentur om-nes litium et contentionum species, quo magna tran-quillitate ac quieto liceat ad spirituaalia recte perficienda festinare. Et non hoc solum, sed et aliam liberalitatem ostendunt : eos enim qui in carceribus sunt, a vineu-lis solvunt, et pro humana facultate Dominum suum imitantur. Sicut enim ipse a gravi nos peccatorum carcere liberat, et innumeris bonis afficit : eodem modo et nobis pro virili faciendum est, ut simus imi-tatores misericordiæ Domini Dei nostri. Vidistis quo-modo singuli in omnibus specimen edamus ejus hono-ris ac reverentiæ, quam exhibemus diebus iis qui no-bis tot honorum causæ sunt? Proinde rogo nunc si unquam alias, ut repulsis sæcularibus cogitationibus, et mente purgata ac vigili hæc conveniamus. Nullus ecclesiam ingressus sæculares curas secum ducat, ut digna laborum mercede recepta, iterum domum proficisci liceat. Age igitur consuetam vobis mensam ite-rum proponamus, et de iis quæ læta sunt ex beato Mose, caritati vestræ convivium præemus, eadem ipsa in medium adducentes et indicantes divina Scripturæ diligentiam. Nam postquam historiæ de beato Noe finem imposuit, genealogiam consequenter a Sem exorditur, et dicit : 21. (Gen. 10) *Et Sem nati sunt, et ipsi patri omnium filiorum Heber, fratri Japheth majoris filii.* Deinde confecto nominum catalogo ait : 25. *Et Heber nati sunt duo filii, nomen uni Phalec : quia in diebus illius divisa est terra.* Considera quomodo signi (a) non multo post futuri præsentiam vocabulo nati pueri indidit, ut cum videris rem opere adimple-tam, non ultra mireris, videns divinitus hoc pueri no-mine prædictum. Nam postquam catalogum eorum fecit, qui postea nati sunt, inquit : 4. (Cap. 11) *Et erat omnis terra labium unum, et vox una omnibus :* non de terra loquens, sed de hominum genere, ut nos doceat unam linguam omni hominum fuisse nat-uræ. *Et erat omnis terra labium unum, et vox una om-nibus.* Labium unum, sermonem dicit, et idipsum ite-rum per vocem indicat, significans omnes usos ead- dem voce et lingua. Et quod de loquela dicatur, Et

(a) De signo seu miraculo divisionis linguarum lo-quitur.

erat omnis terra labium unum, audi Scripturam alio loco dicentem: *Venenum aspidum sub labiis eorum* (Psal. 139. 4). Ita solet Scriptura labiorum nomine loquelam appellare. 2. *Et factum est cum moverent illi ab Oriente, invenerunt campum in terra Sennaar, et habitaverunt illic.*

2. *Humana natura majora semper appetit. Memoriae aeternae cupiditas.* — Vide quomodo humana natura non potest subsistere intra suos limites, sed amplius concupiscens, majora supra se appetit. Atque hoc est quod humanum genus potissimum perdit, quia non vult naturae suae mensuram agnoscere, sed semper majora appetit, et quae supra suam sunt dignitatem votis concipit. Hinc et qui mundana suspiciunt, si quando multo abundaverint auro, et potentes fuerint, quasi oblitae suae naturae, in tantum se fastigium efferri volunt, donec in profundum ipsam dejiciantur. Et hoc videntur quotidie contingere, quamvis nec haec ratione emendatioris evadant alii: sed etsi ad parvum tempus reprimantur, subito tamen omnium oblitae, iterum eandem incedunt viam, et in eadem praecipitia deferuntur: id quod et nunc videre licet apud istos factum. *Et factum est cum moverent illi ab Oriente, invenerunt campum in terra Sennaar, et habitaverunt illic.* Vide quomodo paulatim docet nos instabile illorum propositum. Quoniam viderunt, inquit, campum, migrantes, et relicto priori loco, illic habitaverunt. Deinde dicit: 3. *Dixit unusquisque proximo suo: Venite, conficiamus lateres, et coquamus eos igni. Et facti sunt illis lateres in lapidem, et bitumen erat illis lutum.* 4. *Et dixerunt: Venite, aedificemus nobis civitatem, et turrin, cujus caput erit usque in caelum, et faciamus nobis ipsis nomen, priusquam dispergamur super omnem terram.* Vide quomodo abutuntur communi voce, et quomodo vanum vitae propositum sit multorum malorum occasio. *Venite, inquit, faciamus lateres, et coquamus eos igni. Et facti sunt illis lateres in lapidem, et bitumen in caenum.* Vide quanta securitate volunt aedificare, nescientes illud, *Nisi Dominus aedificaverit domum, in vanum laboraverunt qui aedificant eam* (Psal. 126. 1). *Et aedificemus, inquit, nobis civitatem:* non Deo, sed *Nobis ipsis.* Vide, oro, quam invaluit malitia: habentes adhuc recentem memoriam generalis in diluvio interitus, in tantam inciderunt insaniam. *Et aedificemus, inquit, nobis civitatem, et turrin, cujus caput erit usque in caelum.* Namine caeli summam illorum audaciam Scriptura divina declarat. *Et faciamus, inquit, nobis ipsis nomen.* Vidistis radicem mali? Ut, inquit, perpetuam memoriam consequamur, ut nostri perpetuo memores sint posteris: tale erit nostrum opus, ut numquam oblivioni tradatur. Et hoc faciamus *Priusquam dispergamur super faciem omnis terrae.* Adhuc, inquit, congregati quod nobis visum est efficiamus, ut posteris perpetuum nomen relinquamus. Sunt multi etiam hodie qui illos imitantur, et talibus operibus celebrari volunt, qui splendidas domus aedificent, et lavacra, et porticus, et deambulacra. Quorum si aliquem rogaveris, quare ita laboret et fatigetur, tantosque pecuniarum sumptus faciat, eosque

Μὴ τοῖνον πρὸς τὸν λαμβάνοντα μόνον ὀρώντες τὴν περὶ τὴν ἐλεημοσύνην φιλοτιμίαν ποιῶμεθα, ἀλλὰ λογίζομενοι τίς ἐστὶν ὁ οἰκειούμενος τὰ εἰς τὸν πένητα γινόμενα, καὶ τὴν ὑπὲρ τῶν διδομένων ἔκτισιν ὑποσγόμενος, οὕτω πρὸς ἐκεῖνον τείνοντες τὴν διάνοιαν μετὰ πάσης προθυμίας παρέχειν σπουδαζόμεν, καὶ σπειρωμέν, ὡς ἔτι καιρὸς, μετὰ δαψιλείας, ἵνα καὶ μετὰ δαψιλείας θερίσωμεν. Ὁ σπειρω γὰρ, φησί, *φειδομένως, φειδομένως καὶ θερίσει*. Ἀφειδεῖ τοῖνον τῇ χειρὶ καταβάλλωμεν τὰ κατὰ ταῦτα σπέρματα, ἵνα ἐν καιρῷ μετὰ δαψιλείας θερίσωμεν. Νῦν μὲν γὰρ ἐστὶν ὁ τοῦ σπόρου καιρὸς, ὃν μὴ παραδράμωμεν, παρακαλῶ, ἵνα ἐν τῇ τῆς ἀνταποδόσεως τῶν ἐνταῦθα σπαρέντων ἡμέρᾳ, τοὺς καρπούς ἀποδρεψώμεθα, καὶ τῆς παρὰ τοῦ Δεσπότης φιλοτιμίας ἀξιώθωμεν. Οὐδὲν γὰρ, οὐδὲν ἕτερον τῶν κατορθωμάτων οὕτω δυνήσεται σβῆσαι τῶν ἀμαρτημάτων ἡμῶν τὴν πυρὰν, ὡς ἡ τῆς ἐλεημοσύνης δαψιλεία. Αὕτη καὶ τῶν ἡμαρτημένων ἡμῖν τὸν ἀφανισμόν ἐργάζεται, καὶ παρῆρησίας ἡμῖν πρόξενος γίνεται, καὶ τῶν ἀπορρήτων ἐκείνων ἀγαθῶν τὴν ἀπόλαυσιν προουτρεπίζει. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἱκανῶς εἴρηται πρὸς τὴν ὑμετέραν προτροπὴν, καὶ πρὸς τὸ δεῖξαι, ὅτι μικρὰ δίδοντες μεγάλων ἀξιώμεθα παρὰ τοῦ Δεσπότης. Ἐντεῦθεν γὰρ ἡμῖν καὶ ὁ λόγος πρὸς τὴν τῆς ἐλεημοσύνης παραίνεσιν ἐξεκυλίσθη· ἐπειδὴ γὰρ ἐλέγομεν, ὅτι μέρους γῆς παρεχώρησας ὁ πατριάρχης, καὶ τὸ κάλλιστον τῆς χώρας προέμενος πῶς Λύτ, καὶ τὴν φαυλοτάτην γῆν ἐλόμενος ἑαυτῷ τοσαύτης ἠξιώθη τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ φιλοτιμίας, ὡς ὑπερβαίνειν πάντα οὖν καὶ διάνοιαν τὴν ὑπόσχεσιν τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ εἰς αὐτὸν γεγεννημένην. Ἀναβλέψας γὰρ, φησί, *τοῖς ὀφθαλμοῖς σου, ἴδε ἀπὸ τοῦ τόπου, οὗ σὺ εἶ νῦν, πρὸς βορρᾶν καὶ λίβα*· ὅτι πᾶσαν τὴν γῆν, ἣν σὺ ὄρας, σοὶ δώσω αὐτὴν καὶ τῷ σπέρματι σου ἕως αἰῶνος. Μῆρος γῆς, [344] φησί, παρεχώρησας τῷ ἀδελφιδῷ· ἰδοὺ ἐγὼ ὁλόκληρον σοὶ τὴν γῆν ὑπιοχνοῦμαι· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ σπέρματι σου παρέξειν ἐπαγγέλλομαι αὐτὴν, καὶ ἕως αἰῶνος, τοῦτ' ἐστὶ διηγεῖσθαι. Εἶδες πῶς φιλοτιμεῖται ἐν ταῖς εὐεργεσίαις; Ἐπειδὴ γὰρ ἴδαι ὅτι τοῖνον μάλιστα ἐπεθύμει ὁ πατριάρχης, καὶ οὐδὲν αὐτοῦ τὴν προθυμίαν οὕτω νευρώσει, φησί· καὶ τοῦτο σοὶ παρέξω, ὥστε καὶ τοὺς ἀπὸ σοῦ τικτομένους διαδέξασθαι τῆς γῆς τὴν ἀπόλαυσιν, καὶ διηνεκῆ ταύτης ἔχειν τὴν ἐξουσίαν. Εἶτα ἵνα μὴ πρὸς τὴν οἰκίαν μόνον φύσιν, καὶ πρὸς τὸ γῆρας τὸ ἐαυτοῦ, καὶ τὴν τῆς Σάρρα στερίωσιν ἀπιδῶν, νερκίσῃ πρὸς τὴν ὑπόσχεσιν, ἀλλὰ θαρρήσῃ τῇ τοῦ ὑποσχομένου δυνάμει, φησί· *Καὶ ποιήσω τὸ σπέρμα σου, ὡς τὴν ἄμμον τῆς γῆς. Εἰ δυνήσεται τις τὴν ἄμμον τῆς γῆς ἐξυφθίμῃσαι, καὶ τὸ σπέρμα σου ἀριθμηθήσεται*. Ἀληθῶς ὑπὲρ φύσιν ἀνθρωπίνην ἦν ἡ ὑπόσχεσις· οὐ μόνον γὰρ πατέρα αὐτὸν ποιήσιν ὑπέσχετο, τοσούτων ὄντων τῶν κωλυμάτων, ἀλλὰ καὶ εἰς κτήθος τοσούτων ἐπιδώσειν, ὡς τῇ ἄμμῳ τῆς γῆς παρισωθήσεται, καὶ ἀνώτερον ἀριθμὸν τοῦ πληθῆος γενέσθαι, τὴν ἐπίσασιν τῆς ὑπερβολῆς διὰ τοῦ παραδείγματος ἐμφῆσαι βουλόμενος.

* Post λίβα unus addit καὶ ἀνατολὰς καὶ θάλασσαν, et ita legit vetus interpres.

Σκόπει πῶς ὁ φιλόθρωπος Δεσπότης κατὰ μικρὸν γυμνάζει τοῦ δικαίου τὴν ἀρετὴν. Εἰπὼν γὰρ ἀνωτέρω, *ὅτι τῷ σπέρματι σου δώσω τὴν γῆν ταύτην· νῦν πάλιν φησὶν, Καὶ τῷ σπέρματι σου δώσω ἕως αἰῶνος, καὶ ποιήσω αὐτὸ ὡς τὴν ἄμμον τῆς γῆς. Καὶ τέως μέχρι λόγων τὰ τῆς ὑποσχέσεως, καὶ πολὺς ἐν μέσῳ παραγίνεται χρόνος, ἵνα καὶ τῆς γνώμης τοῦ πατριάρχου μάθωμεν τὸ φιλόθεον, καὶ τοῦ Θεοῦ τὴν ὑπερβάλλουσαν δύναμιν. Ἐπίττηδες γὰρ μέλλει καὶ ἀναβάλλεται, ἵνα εἰς βαθὺ γῆρας ἐλάσαντες οἱ τὴν ὑπόσχεσιν δεξάμενοι, καὶ ἀπογόνους, ὡς εἰπεῖν, τέως κατὰ ἀνθρωπίνην ἀκολουθίαν, τότε καὶ τῆς οικείας ἀσθενείας τὴν πείραν, καὶ τῆς ἀφάτου δυνάμεως τοῦ Θεοῦ τὴν ὑπερβολὴν ἴδωσιν.*

δ'. Ἐννοεῖ δέ μοι ἐκ τῆς παρατάσεως τοῦ ἐν μέσῳ χρόνου τὸ στερέβρον τῆς τοῦ πατριάρχου γνώμης, πῶς πάντα τὰ ἀνθρώπινα παρατρέχων, πρὸς τὸ δυνατόν τοῦ ὑποσχομένου τείνας τὴν διάνοιαν, οὐκ ἐθορυβεῖτο, οὐδὲ ἐταράττετο. Ἵστε γὰρ πολλάκις, ὅτι ἐπειδὴν τις ἅπαξ καὶ δευτέρου ὑποσχομένος μηδέπω εἰς ἔργον ἀγάγη τὰ ἐπαγγελθέντα, πῶς ὀκνηρότεροι γινόμεθα πρὸς τὸ πάλιν αὐτῷ πιστεῦσαι ὑποσχομένῳ. Ἄλλ' ἐπὶ μὲν ἀνθρώπου εἰκότως ἂν τοῦτο γένοιτο· ἐπὶ δὲ τοῦ Θεοῦ τοῦ μετὰ πολλῆς σοφίας τὰ ἡμέτερα οἰκονομοῦντος. ἐπειδὴν ἅπαξ ἐπαγγελῆται, καὶ μὴ μῦρα ἐν τῷ μέσῳ κωλύματα παρεμπιπτοί, πρὸς τὸ μέγεθος τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως ὀρῶντας θαρβρῆν χρῆ, καὶ ἐστηριγμένον ἔχειν τὸν λογισμὸν, καὶ εἰδέναι ὡς πάντως εἰς ἔργον ἐκθῆναι δεῖ τὰ παρ' αὐτοῦ εἰρημένα· οὐδὲν γὰρ ἔστιν ὃ δυνήσεται ποτε διακόψαι τὰ παρ' αὐτοῦ ἐπηγγελμένα· Θεὸς γὰρ ἔστιν, ᾧ πάντα δυνατό· καὶ διὰ τοῦτο πρὸς ὃ βούλεται, μεθίστησι τὰ πράγματα, καὶ πόρους ἐξ ἀπόρων εὐρεῖν δυνάμενος, καὶ μετὰ τὴν ἀπόγνωσιν τὴν ἡμετέραν εἰς χρηστάς ἐλπίδας ἄγων, ἵ' οὕτω σαφέστερον αὐτοῦ μαθηθῶμεν [345] τῆς εὐμηχανοῦ σοφίας τὴν ὑπερβολὴν. Ἀναστὰς γὰρ, φησὶ, *ἰδούσασον τὴν γῆν, εἰς τε τὸ μῆκος αὐτῆς καὶ εἰς τὸ πλάτος, οἷ σοι δώσω αὐτήν.* Ὅρα πῶς διὰ πάντων τῶν πραγμάτων πολλὴν βούλεται πληροφορίαν ἐνθεῖναι τῷ δικαίῳ. Ἀναστὰς, φησὶ, περιέλεθε, καὶ κατὰμαθε καὶ τὸ μῆκος καὶ τὸ πλάτος, ἵνα εἰδέναι ἔχης καὶ τὸ μέγεθος τῆς γῆς. ἥς ἀπολαύειν μέλλεις, καὶ πρὸ τῆς ἀπολαύσεως τῇ ἐλπίδι τρεφόμενος, πολλὴν ἔχης τὴν εὐθυμίαν. Ὅσην γὰρ ἂν περιέλεθς γῆν, σοι δώσω αὐτήν, ἵνα μάθῃς ὅτι οὐ τοσαῦτα παρεχώρησας, ὅσα νῦν λαμβάνειν μέλλεις. Μὴ τοίνυν νομίσης τὴν ἐλάττονα εἰληφέναι, ἐπειδὴ ἐκεῖνος τοῖς πρωτείοις φαινομένοις ἐπεπήδησεν. Ἐἴση δὲ μετ' οὐ πολὺ δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων, ὅτι οὐ λυσitelῆς ἦν αὐτῷ τῶν πρωτείων ἢ ἐκλογῆ· καὶ αὐτὸς δὲ ἐκεῖνος μαθήσεται, ὅσον ἐστὶ κακὸν τὸ τῶν πρωτείων ἐρῆν. Τέως δὲ αὐτὸς κομίζου τῆς ταπεινοφροσύνης καὶ τῆς ἐπιεικείας, ἣν περὶ τὸν ἀδελφιδουὺν ἐπεδείξω, τὰς ἀμοιβὰς, καὶ δέχου τὴν ὑπόσχεσιν, καὶ ἦδη καταμάθανε τὴν γῆν ἅπασαν, ἥς κύριος εἶ, καὶ μετ' οὐ πολὺ καὶ αὐτὸς καὶ τὸ σπέρμα τὸ σὸν εἰς τὸ διηνεκὲς καθέξετε. *Καὶ τῷ σπέρματι σου γὰρ, φησὶν, ἕως τοῦ αἰῶνος.* Πολὺ τῆς ἐπαγγελίας τοῦ Θεοῦ τὸ μέγεθος, πολλὴ τῆς φιλοτιμίας τοῦ πάντων ἡμῶν Δεσπότηου ἢ δαψιλεία, πολλὴ τῆς ἀμοιβῆς τοῦ φιλοθρώπου καὶ πανοικτιρμονοῦ ἢ ὑπερβολῆ, ἣν περὶ τὸν μακάριον τοῦτον ἐποίησατο, καὶ τῷ ἐξ αὐτοῦ μέλλοντι τίχασθαι σπέρματι. Ταῦτα ἀκούσας ὁ πατριάρχης, καὶ ἐκπλαγείς τὴν ἀφάτον τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητα, Ἀποσκηνώσας, φησὶν, *ἐλθὼν κατῷ-*

κησε παρὰ τὴν δρυὴν τὴν Μαμβρῆ, τὴν ἐν Λεθρών. Μετὰ τὸ δέξασθαι, φησὶ, τὴν ἐπαγγελίαν, καὶ τὸν χωρισμὸν γενέσθαι τοῦ Λῶτ, τὴν σκηνὴν αὐτοῦ μετώπισε παρὰ τὴν δρυὴν τὴν Μαμβρῆ. Ὅρα φιλόσοφον γνώμην, ὅρα φρονήματος ὕψος, πῶς μετ' εὐκολίας μετανίσταται, καὶ οὐ δυσχεραίνει πρὸς τὸ τόπους ἐκ τόπων ἀμείβειν. Καὶ γὰρ εὐρήσεις αὐτὸν οὐ συνθηθεῖ τινὶ προκατειλημμένον καὶ προστετηχότα, ὃ πολλοὶ πολλάκις ὑπομένουσι καὶ τῶν δοκούστων φιλοσοφεῖν, καὶ τῶν ἐν μέσῳ θορυβῶν ἀπηλλάχθαι· καὶ εἰ ποτε καιρὸς καλοῖη μεταναστῆναι, καὶ εἰς τὴν ἄλλοτριαν ἀπελθεῖν, πολλάκις καὶ πνευματικοῦ πράγματος ἕνεκα, δυσχεραίνοντας, ἀλύοντας, βαρέως φέροντας τὴν μετάστασιν εὐροῖς ἂν αὐτοὺς, διὰ τὸ τῇ συνθηθεῖα προεὶληφθαί. Ἄλλ' οὐχ ὁ δίκαιος οὕτως, ἀλλ' ἄνωθεν καὶ ἐκ προοιμίων ἐφιλοσόφει· καὶ καθάπερ ἔξοθεν καὶ παρεπίδημος, οὕτως ἐντεῦθεν ἐκεῖ, κάκειθεν ὡδε μετανιστάμενος, καὶ πανταχοῦ τὴν φιλόθεον αὐτοῦ γνώμην διὰ τῶν ἔργων ἐσπούδαζεν ἐπιδείκνυσθαι. Ἐπειδὴ γὰρ κατεσχῆνωσε παρὰ τὴν δρυὴν τὴν Μαμβρῆ, εὐθέως ἐκεῖ θυσιαστήριον ψυχοδόμησε τῷ Κυρίῳ. Εἶδες εὐχάριστον γνώμην; Ἐπειδὴ γὰρ τὴν σκηνὴν ἐπέηξαστο, εὐθέως ὑπὲρ τῆς γεγενημένης αὐτῷ ἐπαγγελίας τὰς εὐχαριστίας ἀνέφερε τῷ Δεσπότη. Καὶ παρ' ἕκαστον τόπον, ἔνθα κατεσχῆνω, εὐρήσεις αὐτὸν τοῦτον πρὸ πάντων ἐπιμελούμενον, καὶ θυσιαστήριον οἰκοδομοῦντα, καὶ τὰς εὐχὰς ἀναφέροντα, καὶ ἀποστολικὸν νόμον πληροῦντα, τὸν κελεύοντα ἐν παντὶ τόπῳ εὐχεσθαι ἐπαίροντας ὄσιους [346] χεῖρας. Εἶδες ψυχὴν ἐπτερωμένην πρὸς τὸν τοῦ Θεοῦ πόθον, καὶ ὑπὲρ πάντων εὐχάριστον γινομένην; Οὐδὲ γὰρ ἀνέμενε εἰς ἔργον ἐλθεῖν τὰ ἐπαγγελθέντα, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῆς ὑποσχέσεως εὐχαριστεῖ, καὶ τὰ παρ' ἑαυτοῦ ἐπιδεικνύεται, ἵνα τὴν ἐπὶ τοῖς προλαβοῦσιν ἐγγυμοσύνην ἐπιδειξάμενος, καὶ περὶ τὴν ἐκπλήρωσιν τῶν ἐπαγγελιῶν ἐκκαλέσθαι τὸν ἑαυτοῦ Δεσπότην.

ε'. Τοῦτον δὲ καὶ ἡμεῖς μιμώμεθα, καὶ θαρβρῶμεν ταῖς τοῦ Θεοῦ ὑποσχέσεσι, καὶ μήτε ὁ χρόνος ἀμαυροῦτω τὴν προθυμίαν, μήτε τὰ ἐν μέσῳ κωλύματα, ἀνσυμβαίη, χαυνοῦτω ἡμῶν τὸν λογισμὸν· ἀλλὰ τῇ τοῦ Θεοῦ δυνάμει θαρβρῶντες, ὡς ἦδη πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ὀρῶντες τὰς ὑποσχέσεις ἐκθεθηκυίας, οὕτω τὴν πίστιν εἰλικρινῆ ἐπιδειξώμεθα. Καὶ γὰρ καὶ ἡμῖν μεγάλα καὶ ὑπέρογκα ἐπιγγείλατο ὁ Δεσπότης, καὶ ὑπερβαίνοντα τὸν ἡμέτερον λογισμὸν, τῆς βασιλείας λέγω τὴν ἀπόλαυσιν, τῶν ἀπορήτων ἀγαθῶν τὴν μετουσίαν, τὴν μετὰ ἀγγέλων διαγωγὴν, τὴν τῆς γενένης ἀπαλλαγὴν. Ἄλλὰ ὁμως μηδὲν ἀπιστώμεν, ἐπειδὴ μὴ ὁρᾶται τοῖς σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς· ἀλλὰ τὸ ἀψευδὲς ἔννοοῦντες τοῦ ἐπαγγελαμένου, καὶ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ τὸ μέγεθος, τοῖς τῆς πίστεως ὀφθαλμοῖς αὐτὰ κατοπτεύωμεν, καὶ ἐκ τῶν ἦδη παρασχθέντων καὶ περὶ τῶν μελλόντων χρηστάς ἔχωμεν τὰς ἐλπίδας· διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἐνταῦθα πολλὰ ἡμῖν ἐδωρήσατο, ἵνα ἐκ τούτων ὀδηγούμενοι καὶ περὶ ἐκείνων θαρβρῆν ἔχωμεν. Ὁ γὰρ τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν ἐκδοῦς διὰ τὴν περὶ ἡμᾶς ἀγάπην, πῶς οὐχὶ πάντα ἡμῖν τὰ λοιπὰ χαριεῖται; Καθάπερ καὶ Παῦλος φησὶν· *Ὅς γὰρ τοῦ ἰδίου Υἱοῦ οὐκ ἔργεῖσατο, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτὸν, πῶς οὐχὶ καὶ σὺν αὐτῷ τὰ πάντα ἡμῖν χαριεῖται;* Εἰ τὸν Υἱὸν αὐτοῦ ἐξέδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν τῶν ἀμαρτωλῶν, εἰ τοῦ βαπτισματος τὴν δωρεὰν ἔχαρισσατο, εἰ τῶν προλαβόντων ἀμαρτημάτων τὴν ἄφεσιν ἐδωρήσατο, εἰ μετανοίας ὁδὸν ἡμῖν ἔεμεν, εἰ μῦρα ἕτερα πρὸς τὴν σω-

Abrahæ virtutem paulatim exercet Deus. Quanta patriarchæ mentis firmitas. — Attende quomodo misericors Deus paulatim virtutem justi hujus exercent. Nam cum superius dixerit : *Semini tuo dabo terram hanc* : nunc iterum dicit : *Et semini tuo usque in sæculum dabo, et faciam illud quasi arenam terræ.* Hactenus sermonibus tantum facta est promissio, interceditque inter rem et promissionem multum temporis, ut religiosam patriarchæ mentem, et ineffabilem Dei virtutem discamus. Data enim opera differt ac moratur, ut cum ii, quibus promissio facta, in extremam pervenerint senectam, et secundum humanam rationem, ut ita dicam, omnino desperaverint, tunc suam infirmitatem, et incnarrabilis potentiae Dei eminentiam agnoscant.

4. Hoc loco expendas, quæso, a temporis tanta intercapedine, quam solida fuerit patriarchæ mens, quomodo humanis omnibus præteritis, ad potentiam ejus qui pollicitus erat, respiciens, non impatiens, non turbatus fuerit. Scitis enim quomodo plerumque, quando quis semel atque iterum pollicetur, et promissa implere tardat, segniores sumus ad credendum iis quæ iterum promittit : id quod in homine non injuria locum habet : in Deo autem, qui res nostras maxime dispensat sapientia, si qua semel promissa fuerint, etiamsi innumera intercedant obstacula, confidendum est ad magnitudinem potentiae ejus respicientibus, confirmandaque est ratio, et sciendum, omnia quæ ab illo sunt dicta evenire modis omnibus necesse esse. Nihil enim est quod morari queat ejus promissiones, quoniam Deus est, cui omnia sunt possibilia : et idcirco quocumque vult, res transfert, et ubi non sunt viæ, invenire scit vias, ac nos desperatos in bonam spem adducit, quo excellentia potentissimæ suæ sapientiæ nobis manifestior fiat. Dicit enim : *17. Surge, et perambula terram in longitudinem ejus et latitudinem, quia tibi dabo eam.* Vide quomodo in rebus omnibus multam securitatem justo viro ingerere satagit. Dicit enim : *Surge, et circumi, et addisce tam latitudinem, quam longitudinem, ut scire possis et magnitudinem terræ qua fruiturus es, et antequam fruaris, spe pastus, magnam inde animi voluptatem haurias.* Nam quantumcumque terræ circumieris, tibi dabo, ut scias te non tantum dimisisse, quantum accepturus es. Ne igitur putes te minorem terram sortitum esse, quoniam ille arripuit, quæ prima sibi visa est et potior. Scies enim non multo post ex rebus ipsis, quam nihil profuerit ei potioris terræ electio; et ipse discet, quantum malum est primas amare partes. Tu autem nunc accipe modestiæ et clementiæ, quam erga fratris filium declarasti, mercedem; promissa sume, et jam cognosce terram omnem cujus dominus es, et quam non multo post et tu ipse, et semen tuum in æternum possidebitis. *Et semini tuo, inquit, usque in sæculum.* Magna diviniæ promissionis magnitudo, magna nostri omnium Domini, atque immensa liberalitas, magna mercedis præstantia, quam dat misericors et clementissimus Dominus beato illi, et ex illo nascituro semini. Ut hæc audivit

patriarcha, de ineffabili bonitate Dei obstupescens, *18. Motis tabernaculis, inquit, venit, et habitavit juxta quercum Manbre, quæ est in Chebron.* Postquam, inquit, accepit promissionem, et separavit se Lot, tunc transtulit tabernaculum suum ad quercum Manbre. Vide philosophicam mentem, vide spiritus sublimitatem, quomodo facile inde migrat, nec gravatur de locis in loca transire. Invenies enim eum nulla consuetudine præventum et alligatum : id quod multis evenit, etiam iis qui se philosophos, et e mediis liberatos tumultibus jactant : et si quando tempus vocet, spiritualis sæpe negotii gratia, ut in alium locum concedant, sæpenumero morosi sunt, tristes, et migrationem ægre ferentes, eo quod consuetudine præoccupati sint. Verum non ita justus, sed jam tum philosophum agebat : et quasi peregrinus et hospes, ita nunc hinc illuc, nunc illinc huc transmigrabat, et per omnia religiosam suam mentem operibus ipsis declarare studebat. Nam postquam tabernaculum fixit apud quercum Manbre, statim ibi extruxit altare Domino. Vidisti mentem gratam? Quia mox ut tabernaculum fixit, statim pro facta sibi promissione gratiarum actiones obtulit Domino. Et in singulis locis ubi tabernaculum fixit, invenies hoc præ omnibus ei fuisse curæ, ut exstructo altari preces offerret, et Apostoli præceptum impletet, jubentis ut in omni loco oretur, et eleventur sanctæ manus (*1. Tim. 2. 8*). Vidisti animam divino amore succensam, et ad Deum volentem, proque omnibus gratias agentem? Non enim expectavit donec promissa complerentur; sed et de promissione gratias agit, nihilque non facit, ut de præviis dignas gratias præ se ferens, Dominum suum provocet ad promissiones suas implendas.

5. *Moralis exhortatio ad constantiam in fide.* — Illud sane et nos imitemur, et promissionibus divinis fidamus; neque alacritas tempore obsolescat, neque mens remissior fiat ex obicibus qui interveniunt : sed virtuti diviniæ fidentes, quasi jam ante oculos videremus promissiones impleri, ita puram et sinceram fidem exhibeamus. Magna enim et immensa promisit nobis Dominus, et quæ nostram transcendunt rationem, nempe nos participes regni fore, et ineffabilium bonorum consortes, cum angelis versaturos, et liberandos a gehenna. Cæterum neque diffidamus ideo quod ea non videntur corporalibus oculis; sed cogitantes mentiri non posse eum qui promisit, et ipsius potentiae magnitudinem considerantes, hæc oculis fidei contueamur, et ex iis quæ jam concessa sunt, etiam de futuris bonam spem habeamus : ea enim de causa et hic multa nobis donata sunt, ut ex iis adjuvemur, manuque ducamur, ut de illis quoque bene speremus. Nam qui Filium suum tradidit propter suam in nos caritatem, quomodo non omnia nobis reliqua largiturus est? Sicut et Paulus inquit : *Qui proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non et omnia nobis cum illo donabit (Rom. 8. 32)?* Si Filium suum tradidit pro nobis peccatoribus, si baptismatis donum largitus est, si priorum peccatorum remissionem tribuit, si poenitentiae viam nobis

aperuit, si innumera aliã ad salutem nostram operatus est, manifestum est eum et futura bona nobis reposita præbiturum. Nam qui propter suam bonitatem, antequam esse inciperemus, hæc præparavit, quomodo non et frui concedet? Quod autem prius hæc bona nobis præparaverit, audi quid dicat stantibus a dextris: *Venite, benedicti Patris mei, hereditate accipite regnum paratum vobis ante constitutionem mundi* (Matth. 25. 34). Vidisti bonitatis excellentiam, quanta erga nostrum genus benignitate usus sit, ut et ante facta fundamenta mundi nobis regni cælorum fruitionem præparare dignatus sit? Igitur ne simus ingrati, obsecro, neque indignos talibus nos donis constituamus: sed diligamus, ut decet, Dominum nostrum, nihilque faciamus quod ejus erga nos benevolentiam impediatur. Num enim nos priores rem illam cœpimus? Imo ipse prior magnam et inenarrabilem caritatem erga nos declaravit. Quomodo igitur non absurdum fuerit, si eum qui nos sic dilexit non diligamus totis viribus nostris? Ipse propter suam erga nos caritatem omnia cum voluptate sustinuit: et ex ipso paterno sinu exsiliens, ut ita dicam, servi formam assumere voluit, per humana omnia transire, et ferre a Judæis contumelias et opprobria, denique et crucem, ac mortem ignominiosissimam, ut nos qui humi trahebamur, et infinitis peccatorum sarcinis oppressi eramus, nostra in se fide liberos faceret. Hæc enim omnia mente recogitans beatus Paulus, fervidus Christi amator, et quasi alatus universum orbem peragrans, qui in corpore quæ incorporæarum naturarum propria sunt facere studebat, clamabat dicens: *Caritas enim Christi detinet nos* (2. Cor. 5. 14). Vide probitatem, vide virtutis excellentiam, vide ferventem amorem. *Caritas Christi detinet nos*: hoc est, compellit, cogit, concitat. Deinde volens interpretari quod a se dictum erat, inquit: *Judicantes hoc, quoniam si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. Et pro omnibus mortuus est, ut et viventes posthac non sibiipsis vivant, sed illi qui pro eis mortuus est et resurrexit* (Ibid. v. 15). Vidisti quomodo jure dixit, *Detinet nos caritas Christi*? Si enim pro nobis, inquit, omnibus mortuus est, propter hoc mortuus est, ut nos viventes posthac non nobis ipsis vivamus, sed ei qui pro nobis mortuus est et resurrexit. Accipiamus igitur apostolicam admonitionem, et non nobis ipsis vivamus, sed ei qui pro nobis mortuus est et resurrexit. Et quomodo, dicet quispiam, poterimus non nobis ipsis vivere? Audi beatum vltum iterum dicentem: *Vivo autem non jam ego: vivit autem in me Christus* (Galat. 2. 20). Vide quomodo super terram ambulans et carne circumdatus, quasi cælum inhabitans et inter incorporeas virtutes versans afficiatur. Proinde alibi iterum dicebat: *Qui autem Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum affectionibus et concupiscentiis* (Gal. 5. 24). Ille igitur est non sibiipsis vivere, sed ei qui pro nobis mortuus est et resurrexit: quando quasi mortui sumus præsentis vitæ, et nihil eorum quæ videntur, suspicimus. Nam idcirco Dominus noster crucifixus est, ut hanc vitam pro illa commutemus; imo per hanc illam nobis negotiemur. Præsens enim

vita, si volumus esse sobrii et vigiles, ducit nos ad fruitionem vitæ æternæ: atque poterimus, si parumper voluerimus vigilare et aperire mentis oculum, quietis illius semper apud nos meminisse; et ita præsentia præterire ac prætervolare, ad futura autem et semper durantiã mentem intendere; sicut beatus ille nos erudit dicens: *Quod autem nunc vivo in carne, in fide vivo Filii Dei, qui dilexit me, et tradidit semetipsum pro me* (Galat. 2. 20).

6. Vide animam igne succensam, vide mentem alatum, vide rationem incensam Dei amore. *Quod, inquit, nunc vivo, in fide vivo*. Ne enim, inquit, putatis me facere aliquid rerum hujus vitæ causa. Nam licet carne circumdatus sim, necessitatibusque naturæ alligatus: in fide tamen vivo, quæ est in Christum, despiciens omnia præsentia, et spe quæ in illum est omnia prætercurrens, intentam in illum mentem habeo. Denique ut discas excellentiam amoris ejus, dicit: *In fide vivo Filii Dei, qui me dilexit, et tradidit semetipsum pro me*. Considera quam insignis grati animi significatio. Quid dicis, o beate Paule? Paulo ante dicebas: *Qui proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum* (Rom. 8. 32): et nunc dicis, *Qui dilexit me*: atque ut proprium appellas commune beneficium? Etiam, inquit: nam licet pro omni hominum genere sacrificium ab eo sit oblatum, tamen propter amorem in eum, id quod factum est proprium mihi facio. Ita et prophetis mos est facere et dicere: *Deus Deus meus* (Psal. 21. et 117. et 142): quamvis totius orbis sit Deus: sed peculiare hoc est amoris, ut ex communibus propria faciat. *Filii Dei, inquit, qui dilexit me*. Quid dicis? Te solum dilexit? Omnem, inquit, hominum naturam dilexit, sed ego ei gratias debeo, quasi me solum dilexisset. *Et tradidit semetipsum pro me*. Quid igitur, pro te solo crucifixus est? Annon ipse dicit: *Cum exaltatus fuero, omnes traham ad meipsum* (Joan. 12. 32)? nonne tu ipse dixisti, *Pro nobis omnibus tradidit semetipsum*? Etiam, inquit: non loquor pugnantia, sed amorem meum ita consolor. Jam vide iterum et aliud quod dictis illis nos docet. Cum enim superius dixerit de Patre, *Pro nobis omnibus tradidit illum*, hic dicit, *Semetipsum tradidit*: et illic quidem, ut concordiam ostendat ac parem honorem Patris et Filii, et passionem subindicet: quoniam etiam alio loco dicit: *Factus obediens usque ad mortem* (Philipp. 2. 8): ubique passioni fidem faciens. Hic autem posuit, *Tradidit semetipsum*, ut indicet eum voluntarie passionem suscepisse, et non necessitate, neque vi, sed volentem sapientemque totius humani generis salutem operari, crucem sustinuisse. Qualem igitur vicissim amorem exhibere poterimus tam divitem erga nos caritatem declaranti? Etiam si animam ipsam impendamus pro ejus legibus, et pro observatione mandatorum, quæ ab ipso sunt data, neque sic ad caritatis modum pertingere poterimus, quam erga nostrum declaravit genus. Ipse enim Deus cum esset, pro hominibus hoc subiit, et Dominus pro servis; ac non pro servis simpliciter, sed pro ingratis et perpetuis

τηρίαν ἡμετέραν ἐπραγματεύσατο, δηλονότι καὶ τὰ ἐν τῷ μέλλοντι ἡμῖν τεταμειμένα ἀγαθὰ παρέξει. Ὁ γὰρ πρὸ τῆς εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς παρόδου ταῦτα προεντρεπίσας διὰ τὴν οὐκ εἶναι ἀγαθότητα, πῶς οὐχὶ καὶ τὴν ἀπόλαυσιν χαριεῖται; Ὅτι γὰρ προλαθῶν ταῦτα ἡμῖν ἠτοίμασε τὰ ἀγαθὰ, ἄκουε αὐτοῦ λέγοντος πρὸς τοὺς ἐκ δεξιῶν ἐστῶτας· *Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρὸς μου, κληρονομήσατε τὴν ἠτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν πρὸ καταβολῆς τοῦ κόσμου.* Εἶδες ἀγαθότητος ὑπερβολὴν, πόση περὶ τὸ ἡμέτερον γένος κέχρηται τῇ φιλανθρωπίᾳ, ὡς καὶ πρὸ τῆς τοῦ κόσμου καταβολῆς ἡμῖν τῆς βασιλείας προεντρεπίσας τὴν ἀπόλαυσιν; Μὴ τοίνυν ἀγνώμονες γενώμεθα, παρακαλῶ, μὴδὲ ἀναξίους ἑαυτοὺς καταστήσωμεν τῶν τοσοῦτων δωρεῶν, ἀλλὰ ἀγαπήσωμεν, ὡς δεῖ, τὸν ἡμέτερον Δεσπότην, καὶ μηδὲν διαπρατιώμεθα τῶν διακοπτόντων τὴν πρὸς ἡμᾶς αὐτοῦ εὐνοίαν. Μὴ γὰρ αὐτοὶ προκατάρχομεν τοῦ πράγματος; Αὐτὸς προλαθῶν πολλὴν καὶ ἄφατον τὴν περὶ ἡμᾶς ἀγάπην ἐπεδείξατο. [347] Πῶς οὖν οὐκ ἄτοπον τὸν οὕτως ἀγαπήσαντα μὴ καὶ ἡμᾶς, ὅσον ἔχομεν δυνάμει, ἀγαπᾶν; Αὐτὸς γὰρ διὰ τὴν περὶ ἡμᾶς ἀγάπην πάντα μεθ' ἡθονῆς ὑπέμεινε, καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν κόλπων τῶν πατρικῶν ἀλλόμενος, ὡς εἰπεῖν, δούλου μορφὴν ἀναλαβεῖν κατεδέξατο, καὶ διὰ πάντων τῶν ἀνθρωπίνων ἔλθειν, καὶ τῆς παρὰ Ἰουδαίων ὕβριος καὶ ἀτιμίας ὑπομείναι, καὶ τὸ τελευταῖον σταυρὸν κατεδέξατο, καὶ θάνατον τὸν ἐπονεϊστόν, ἵνα ἡμᾶς τοὺς χαλὰ συρομένους, καὶ μυρίους φορτίους ἀμαρτημάτων βαρουμενούς, διὰ τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως ἐλευθερώσῃ. Ταῦτα γὰρ ἅπαντα ἐνοῶν ὁ μακάριος Παῦλος, ὁ θερμὸς ἑραστής τοῦ Χριστοῦ, ὁ καθάπερ ὑπόπτερος τῆν οἰκουμένην περιτρέχων ἅπασαν, ὁ ἐν σώματι τῶν τῶν ἀσωμάτων ἐπιδείκνυσθαι σπουδαῖον, ἐβόα λέγων· *Ἦ γὰρ ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ συνέχει ἡμᾶς.* Ὅρα εὐγνωμοσύνην, ὅρα ἀρετῆς ὑπερβολὴν, ὅρα πόθον ζέοντα. *Ἦ ἀγάπη*, φησὶ, *τοῦ Χριστοῦ συνέχει ἡμᾶς*· τοῦτ' ἐστίν, ὡς δεῖ, καταναγκάζει, κατεπέμψει. Εἶτα ἐρμηνεύσαι βουλόμενος τὸ παρ' αὐτοῦ ῥηθὲν, φησὶ· *Κρίναται τοῦτο, ὅτι εἰ εἰς ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ὅρα οἱ πάντες ἀπέθανον. Καὶ ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ἵνα οἱ ζῶντες μηκέτι ἑαυτοῖς ζῶσιν, ἀλλὰ τῷ ὑπὲρ αὐτῶν ἀποθάνοντι καὶ ἐγερθῆντι.* Εἶδες πῶς εἰκότως ἔλεγεν, ὅτι *Συνέχει ἡμᾶς ἡ ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ*; Εἰ γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν, φησὶ, πάντων ἀπέθανεν, διὰ τοῦτο ἀπέθανεν, ἵνα ἡμεῖς οἱ ζῶντες μηκέτι ἑαυτοῖς ζῶμεν, ἀλλ' ἔκείνῳ εἴμ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθάνοντι καὶ ἐγερθῆντι. Δεχώμεθα τοίνυν τὴν παραίνεσιν τὴν ἀποστολικὴν, καὶ μὴ ἑαυτοῖς ζῶμεν, ἀλλὰ τῷ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθάνοντι καὶ ἐγερθῆντι. Καὶ πῶς, φησὶ, δυνήσομεθα μὴ ἑαυτοῖς ζῆν; Ἄκουε τοῦ μακαρίου δούτου πάλιν λέγοντος· *Ζῶ δὲ οὐκ ἐτι ἐγὼ, ζῆ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός.* Ὅρα πῶς ἐπὶ γῆς βαδίζων καὶ σαρκὶ συμπεπλεγμένος, καθάπερ τὸν οὐρανὸν οὐκῶν, καὶ ταῖς ἀσωμάτοις συναναστρεφόμενος δυνάμεισιν, οὕτω διέκειτο. Διὰ τοῦτο ἀλλαχοῦ πάλιν ἔλεγεν· *Οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ, τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν σὺν τοῖς παθήμασι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις.* Τοῦτο τοίνυν ἐστὶ τὸ μὴ ἑαυτοῖς ζῆν, ἀλλὰ τῷ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθάνοντι καὶ ἐγερθῆντι, ὅταν καθάπερ νεκροὶ ὦμεν τοῦ παρόντος βίου, καὶ πρὸς μηδὲν τῶν ὀρωμένων ὦμεν ἐπισημένοι. Διὰ γὰρ τοῦτο ὁ Δεσπότης ἡμῶν ἐσταύρωθη, ἵνα ἀντὶ ταύτης τῆς ζωῆς ἐκείνην ἀνταλλαξώμεθα ἢ μάλλον δὲ, ἵνα διὰ ταύτης ἐκείνην ἑαυτοῖς πραγματοποιώμεθα. Ἦ γὰρ παρούσα ζωὴ, ἐὰν βουλώμεθα νῆφειν καὶ ἐγρηγορεῖν, πρὸς τὴν ἀπόλαυσιν τῆς αἰ-

νίου ζωῆς ἡμᾶς ὀδηγεῖ· καὶ δυνήσομεθα, εἰ βουληθεῖμεν μικρὸν διεγερθῆναι καὶ διανοεῖσθαι τὸ τῆς διανοίας ὄμμα, τῆς ἐκεῖ λήξεως τὴν ἐνοίαν διὰ παντὸς τρέφειν παρ' αὐτοῦ, καὶ οὕτω τὰ μὲν ὀρώμενα παρατρέχειν καὶ ὑπερπίπτασθαι, πρὸς δὲ τὰ μέλλοντα καὶ διακονίζοντα τείνειν τὸν λογισμὸν· καθάπερ καὶ ὁ μακάριος οὗτος παιδεύων ἡμᾶς ἔλεγεν· *Ὁ δὲ νῦν ζῶ ἐν σαρκὶ, ἐν πίστει ζῶ τῇ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀγαπήσαντός με, καὶ παραδόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ ἐμοῦ.*

ς'. Ὅρα ψυχὴν πεπυρωμένην, ὅρα λογισμὸν ἐπτερωμένον, ὅρα διάνοιαν ἐκκαυμένην τῷ πρὸς τὸν Θεὸν πόθῳ. Ὁ νῦν ζῶ, φησὶν, ἐν πίστει ζῶ. Μὴ γὰρ νομισθῆτέ με, φησὶ, συντελεῖν τι εἰς τὰ τοῦ παρόντος βίου [348] πράγματα. Εἰ γὰρ καὶ σάρκα περικείμεαι, καὶ ταῖς ἀνάγκαις τῆς φύσεως προσδέδεμαι, ἀλλ' ἐν πίστει ζῶ, τῇ εἰς Χριστὸν, πάντων ὑπερωρῶν ἢ τῶν παρόντων, τῇ ἐλπίδι τῇ εἰς αὐτὸν πάντα παρατρέχων, ἐκτεταμένην ἔχω τὴν διάνοιαν πρὸς αὐτόν. Εἶτα ἵνα μάθῃς αὐτοῦ τοῦ φίλτρον τὴν ὑπερβολὴν, φησὶν. *Ἐν πίστει ζῶ τῇ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀγαπήσαντός με, καὶ παραδόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ ἐμοῦ.* Σκόπεε πόσας τῆς εὐγνωμοσύνης ἡ ὑπερβολή. Τί λέγεις, ὦ μακάριε Παῦλε; Πρὸ μικροῦ ἔλεγες, *Ὅς γὰρ τοῦ ἰδίου Υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτόν*· καὶ νῦν λέγεις, *Τοῦ ἀγαπήσαντός με, καὶ ἰδιοποιῆ τὴν κοινὴν εὐεργεσίαν*; Ναί, φησὶν· εἰ γὰρ καὶ ὑπὲρ παντὸς τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους ἡ θυσία προσεβήνεκται παρ' αὐτοῦ, ἀλλὰ διὰ τὸ περὶ αὐτὸν φίλτρον μου ἐγὼ ἰδιοποιούμαι τὸ γεγονός. Οὕτω καὶ τοῖς προφήταις ἔθος ποιεῖν, καὶ λέγειν· Ὁ Θεὸς ὁ Θεός μου· καίτοι τῆς οἰκουμένης ἐστὶ Θεός· ἀλλ' ἴδιον τοῦ πόθου, τὰ κοινὰ ἰδιοποιεῖσθαι. *Τῇ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, φησὶ, τοῦ ἀγαπήσαντός με.* Τί λέγεις; Σὲ μόνον ἠγάπησε; Πᾶσαν μὲν, φησὶ, τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν, ἀλλ' ἐγὼ ὡς μόνος ἀγαπηθεὶς, οὕτως αὐτῷ χάριτας ὄφειλω. *Καὶ παραδόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ ἐμοῦ.* Τί οὖν, ὑπὲρ σοῦ μόνου ἐσταυρώθη; Οὐκ αὐτὸς λέγει, *Ὅταν ὑψωθῶ, πάντας ἐλλύσω πρὸς ἑμαυτόν*; οὐ σὺ αὐτὸς ἐπας, ὅτι· *Ἦπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν ἑαυτόν*; Ναί, φησὶν· οὐκ ἐναντιούμενος ἐαυτῷ ταῦτ' εἶπε, ἀλλὰ τὸν ἑαυτοῦ πόθον παραμυθούμενος. Καὶ ὅρα πάλιν καὶ ἑτερόν τι διὰ τῶν εἰρημένων ἡμᾶς διδάσκοντα. Ἀνωτέρω γὰρ εἰπὼν περὶ τοῦ Πατρὸς, ὅτι· *Ἦπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτόν*, ἐνταῦθα λέγει, *Ἐαυτόν παρέδωκεν*· ἐκεῖ μὲν, ἵνα τὴν ὁμοίαν ἐνοίαν δείξῃ καὶ τὴν ὁμοίαν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, καὶ τὴν οἰκονομίαν ἐκείνην· ἐπεὶ καὶ ἀλλαχοῦ φησὶ, *Γενόμενος ὑπὸ τὸν θάνατον*, πανταχοῦ τὴν οἰκονομίαν πιστούμενος. Ἐνταῦθα δὲ τὸ, *Παρέδωκεν ἑαυτόν*, θέθεικεν, ἵνα δείξῃ ὅτι ἐκὼν τὸ πάθος κατεδέξατο, καὶ οὐκ ἀνάγκῃ οὐδὲ βίᾳ, ἀλλὰ βουλόμενος καὶ θέλων παντὶ τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει τὴν σωτηρίαν πραγματοποιῆσαι, τὸν σταυρὸν ὑπέμεινε. Ποῖαν οὖν κατ' ἀξίαν ἀγάπην ἐπιδείξασθαι δυνήσομεθα, πρὸς τὸν οὕτω πλουσίαν τὴν περὶ ἡμᾶς ἀγάπην ἐπιδειξάμενον; Κἂν γὰρ αὕτη τὴν ψυχὴν προέσθαι καταδεξώμεθα ὑπὲρ τῆς αὐτοῦ νόμων, καὶ τῆς φυλακῆς τῶν ἐντολῶν τῶν παρ' αὐτοῦ δοθεισῶν, οὐδὲ οὕτω πρὸς τὸ μέτρον φθάσαι δυνήσομεθα τῆς ἀγάπης, ἣν περὶ τὴν ἡμετέραν ἐπεδείξατο φύσιν. Αὐτὸς μὲν γὰρ Θεὸς ὢν ὑπὲρ ἀνθρώπων τοῦτο κατεδέξατο, καὶ Δεσπότης τυγχάνων ὑπὲρ δούλων, καὶ οὐχ ὑπὲρ δούλων ἀπλῶς, ἀλλὰ καὶ ἀγνωμόνων καὶ πολλῶν καὶ ἀσπονδῶν τὴν ἐχθραν ἐπιδεικνυμένων. Καὶ αὐτὸς μὲν προλαθῶν εἰς

* Quinque mss. ἐπὶ καταβολῆς.

b Sic Savil. et septem mss. Morel. ὑπορῶν. c Οἰκονομία cum de Christo est sermo, de Incarnatione intelligitur, hic vero de Passione, ut ex serie liquet.

ἀναξίους καὶ μυρία ἐπταικότας τὴν τοσαύτην εὐεργεσίαν ἐπεδείξατο· ἡμεῖς δὲ, ὅπερ ἂν ἐπιδείξασθαι [349] δυνηθῶμεν, οὐδὲν μέγα ποιούμεν τὸν ἄπροσβαστον ταῖς τοσαύταις εὐεργεσίαις ἡμᾶς ἀμείβεσθαι σπουδάζοντες. Τὰ γὰρ παρ' ἡμῶν, ἂν ἄρα ἀκολουθῶσιν, ἀμοιβὴ τίς ἐστι καὶ ὀφειλὴ· τὰ δὲ παρ' αὐτοῦ, χάρις καὶ εὐεργεσία, καὶ δωρεὰς μέγας. Ταῦτα τοίνυν ἅπαντα λογιζόμενοι, ἀγαπήσωμεν τὸν Χριστὸν, καθάπερ Παῦλος αὐτὸν ἠγάπησε, καὶ μηδὲς ἡμῖν τῶν παρόντων ἔστω λόγος, ἀλλὰ διηνεκῶς τὸν αὐτοῦ πόθον ἔχωμεν ἰδρυμένον ἡμῶν τῇ ψυχῇ. Οὕτω γὰρ καὶ πάντων καταγελασόμεθα τῶν τοῦ παρόντος βίου, καὶ οὕτω τὴν γῆν καθάπερ τὸν οὐρανὸν οἰκήσωμεν, οὕτε ὑπὸ τῶν χρηστῶν ἐνταῦθα χανούμενοι, οὕτε ὑπὸ τῶν λυπηρῶν συστελλόμενοι· ἀλλὰ πάντα παρὰ τὸν πόθον πρὸς τὸν ποθοῦμενον ἡμῶν Δεσπότην ἐντεῦθεν ἐπειρησόμεθα, καὶ μήτε πρὸς αὐτὴν τὴν μέλλουσαν δυσχερανοῦμεν, ἀλλ' ἐρούμεν κατὰ τὸν μακάριον τοῦτον καὶ ἡμεῖς, ὅτι *Ὁ νῦν ζῶμεν ἐν σαρκί, ἐν πίστει ζῶμεν τῇ τοῦ Πλοῦ τοῦ Θεοῦ ἀγαπήσαντος ἡμᾶς, καὶ παρόντος ἐαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν*. Ἰνα καὶ τὸν παρόντα βίον ἀλύπως διανύσωμεν, καὶ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἀπολαύσαι καταξιωθῶμεν, χάριτι καὶ φιλανθρωπία τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ ΛΕ'.

Ἐγένετο δὲ ἐν τῇ βασιλείᾳ Ἀμαρῶθ βασιλέως Σεργαάρ, Ἀριῶχ βασιλεὺς Ἀλασάρ, καὶ Χοδολογμόρ βασιλεὺς Ἐλάμ, καὶ Θαρθάκ βασιλεὺς τῶν ἐθνῶν ἐποίησαν πόλεμον μετὰ τοῦ βασιλέως τῶν Σοδόμων.

α' Μέγα ἀγαθὸν, ἀγαπητὸν, τῶν θείων Γραφῶν ἡ ἀνάγνωσις. Τοῦτο τὴν ψυχὴν φιλόσοφον ἀπεργάζεται, τοῦτο πρὸς τὸν οὐρανὸν μεθίστησι τὴν διάνοιαν, τοῦτο εὐχάριστον κατασκευάζει τὸν ἄνθρωπον, τοῦτο ποιεῖ πρὸς μηδὲν τῶν παρόντων ἐπιοῦσθαι, τοῦτο διηνεκῶς ἐκεῖ ποιεῖ διαίτησθαι τὸν λογισμὸν τὸν ἡμέτερον, καὶ πρὸς τὴν τοῦ Δεσπότη ἀμοιβὴν ὀρέντας ἅπαντα ἡμᾶς διαπράττεσθαι, καὶ πρὸς τοὺς τῆς ἀρετῆς πόρους μετὰ πολλῆς ἐγχειρίης τῆς προθυμίας. Ἐντεῦθεν γὰρ ἐστι μαθεῖν ἀκριδῶς τῆς ταχείας ἀντιλήψεως τοῦ Θεοῦ τὴν πρόνοιαν, τῶν δικαίων τὴν ἀνδρείαν, τοῦ Δεσπότη τὴν ἀγαθότητα, καὶ τῶν ἀμοιβῶν τὸ μέγεθος. Ἐντεῦθεν ἐστὶν εἰς ζῆλον καὶ μίμησιν διεγερθῆναι τῆς φιλοσοφίας τῶν γενναίων ἀνδρῶν, καὶ μὴ ναρκᾶν πρὸς τοὺς τῆς ἀρετῆς ἀγῶνας, ἀλλὰ θαρρῆν καὶ πρὸ τῆς ἐκθάσεως ταῖς παρὰ τοῦ Θεοῦ ὑποσχέσει. Δι' ὃ, παρακαλῶ, μετὰ πολλῆς σπουδῆς τὴν ἀνάγνωσιν τῶν θείων Γραφῶν ποιώμεθα. Οὕτω γὰρ καὶ τῆς γνώσεως ἐπιτευξόμεθα, εἰ συνεχῶς ἐπιώμεν τὰ ἐγκείμενα. Οὐδὲ γὰρ ἐστὶ τὸν μετὰ σπουδῆς καὶ πολλοῦ πόθου τοῖς βείοις ἐντυγχάνοντα λόγοις ὁ περιοφθῆναι ποτε· ἀλλὰ κἂν ἄνθρωπος ἡμῖν μὴ γένηται διδάσκαλος, αὐτὸς ὁ Δεσπότης ἄνωθεν ἐμβατεύων ταῖς καρδίαις ταῖς ἡμετέρας φωτίζει τὴν διάνοιαν, καταυγάζει τὸν λογισμὸν, ἐκκαλύπτει τὰ λανθάνοντα, διδάσκαλος ἡμῖν γίνεται τῶν ἀγνοουμένων· μόνον [350] ἐὰν ἡμεῖς τὰ παρ' ἐαυτῶν εἰσφέρειν βουλώμεθα. *Μὴ καλέσητε γὰρ, φησὶ, διδάσκαλον ἐπὶ τῆς γῆς*. Ἐπειδὴν οὖν λάβωμεν μετὰ χεῖρας βιβλίον πνευματικὸν, συντείναντες ἐαυτῶν τὴν διάνοιαν, καὶ συναγαγόντες τὸν λογισμὸν, καὶ πᾶσαν βιωτικὴν ἔννοιαν ἀπώσασμενοι, οὕτω τὴν ἀνάγνωσιν ποιώμεθα μετὰ πολλῆς τῆς εὐλαβείας, μετὰ πολλῆς

α' *Allii* ποιούμεν, *allii* ποιούμεν. β' *Additum* λόγοις c *Cois!*. Ed: T.

τῆς προσοχῆς, ἵνα δυνηθῶμεν ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὀδηγηθῆναι ἐπὶ τὴν κατανόησιν τῶν γεγραμμένων, καὶ πολλὴν ἐκείθεν τὴν ὠφέλειαν καρπώσασθαι. Καὶ γὰρ ὁ εὐνοῦχος ἐκεῖνος ὁ βάρβαρος, ὁ τῆς βασιλείσης Αἰθιοπίων, ἐν τοσαύτῃ τυγχάνων περιφάνειᾳ, καὶ ἐπὶ τοῦ ὀχλήματος φερόμενος, οὐδὲ ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ τῆς ἀναγνώσεως ἡμέλει, ἀλλὰ τὸν προφήτην ἔχων μετὰ χεῖρας, πολλὴν ἐποίητο τὴν σπουδὴν πρὸς τὴν ἀνάγνωσιν e, καὶ ταῦτα οὐκ εἰδῶς τὰ ἐγκείμενα· ἀλλ' ὅμως ἐπειδὴ τὰ παρ' ἐαυτοῦ πάντα εἰσῆνεγκε, τὴν σπουδὴν, τὴν προθυμίαν, τὴν προσοχὴν, ἐπέτυχε τοῦ καθοδηγήσαντος. Ἐνόησον γὰρ μοι ὅσον ἦν, μήτε ὀδοποροῦντα ἀμελήσαι τῆς ἀναγνώσεως, καὶ ταῦτα ἐπ' ὀχλήματος καθήμενοι. Ἀκουέτωσαν οἱ μὴ δὲ ἐπὶ τῆς οικίας τοῦτο ποιῆσαι καταδεχόμενοι, ἀλλὰ νομίζοντες πάρεργον εἶναι τὴν τούτων ἀνάγνωσιν, καὶ διὰ τὸ γυναικί συνοικεῖν, καὶ στρατεία κατελιθῆναι, καὶ παιδίῳ φροντίζειν, καὶ οικετῶν ἐπιμελεῖσθαι, καὶ ἐτέρων πραγμάτων ἔχειν φροντίδα, μὴ προσθήκειν αὐτοῖς d περὶ τὴν τῶν θείων Γραφῶν ἀνάγνωσιν ἔχειν σπουδὴν. Ἰδοὺ γὰρ εὐνοῦχος, ἄνθρωπος βάρβαρος, ἀμφοτέρα ἰκανὰ εἰς πολλὴν βίθυμιαν ἐμβαλεῖν, καὶ μετὰ τούτων ἡ πολλὴ περιφάνεια, τοῦ πλοῦτου ἢ περιουσία, αὐτὸ τὸ ἐν ὀδοπορίᾳ εἶναι καὶ ἐπ' ὀχλήματος φέρεσθαι· οὐδὲ γὰρ βόδιον ἀναγνώσει προσέκειν τῷ οὕτως ὀδοποροῦντι, ἀλλὰ καὶ σφόδρα δυσχερὲς· ἀλλ' ὅμως ὁ πόθος καὶ ἡ πολλὴ σπουδὴ πάντα τὰ κωλύματα ἐκποδῶν ἐποίητο, καὶ εἶχετο τῆς ἀναγνώσεως, καὶ οὐκ ἔλεγε ταῦτα, ἀ νῦν πολλοὶ λέγουσιν· οὐ νοῦ τὰ ἐγκείμενα, οὐ δύναμαι συνίεσαι τὸ βάθος τῶν γεγραμμένων· τίνας ἐνεκεν ἀπλῶς καὶ εἰπῆ τὸν κάματον ὑπομενῶ, ἀναγινώσκων καὶ οὐκ ἔχων τὸν ὀδηγήσαι δυνάμενον; Οὐδὲν τούτων ἐλογίσατο ὁ βάρβαρος μὲν τὴν γλώσσαν, φιλόσοφος δὲ τὴν διάνοιαν· ἀλλ' ἐνόησας ὡς οὐ περιοφθῆσεται, ἀλλὰ ταχέως ἀπολαύσει τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς, εἰ τὰ παρ' ἐαυτοῦ καὶ τὰ εἰς δύναμιν ἐπιδείξειτο, εἶχετο τῆς ἀναγνώσεως. Διὰ τοῦτο ὁ φιλόσοφος Δεσπότης ὄρων αὐτοῦ τὸν πόθον, οὐ περιείδεν, οὐ κατέλιπεν ἀπρονοήτον, ἀλλ' εὐθέως αὐτῷ τὸν διδάσκαλον ἐπεμψε. Σὺ δὲ μοι σκόπει τὴν τοῦ Θεοῦ σοφίαν, πῶς ἔμενον ἐκεῖνον πρότερον τὰ παρ' ἐαυτοῦ εἰσενεγείν, καὶ τότε τὴν οικίαν ἀντιλήψιν ἐπιδείκνυται. Ἐπεὶ οὖν τὰ παρ' ἐαυτοῦ πάντα ἀπήρτιστο, λοιπὸν ὠφθη ὁ ἄγγελος Κυρίου λέγων τῷ Φιλίππῳ· *Ἀναστάς πορεύου ἐπὶ τὴν ὁδὸν τὴν καταβαίνουσαν ἀπὸ Ἱερουσαλήμ εἰς Γάζαν, αὕτη ἐστὶν ἔρημος. Καὶ ἰδοὺ, ἀνὴρ Αἰθιοῦ, δυνάστης ἐτρούχος Κανδάκης, [351] τῆς βασιλείσης Αἰθιοπίων, ὃς ἐλήλυθε προσκυρῆσων εἰς Ἱερουσαλήμ, καὶ οὗτος ὑπέστρεψε καθήμερος ἐπὶ τοῦ ἄρματος αὐτοῦ, καὶ ἀνεγίνωσκε τὴν προφήτην Ἠσαΐαν*. Ὅρα πῶς ἀκριδῶς ἡμῖν διηγήσατο ὁ τὴν βίβλον γράψων, εἰπὼν, ὅτι Αἰθιοῦ, ἵνα γινώμεν ὅτι βάρβαρος ἦν· εἰτὰ φησιν, ὅτι Δυνάστης, ὅτι ἐν ἀξιώματι μεγίστῳ καὶ περιφάνειᾳ ἐτύχανε, Ὅς ἐλήλυθε, φησὶ, προσκυρῆσων εἰς Ἱερουσαλήμ. Ὅρα καὶ τὴν πρόβασιν αὐτοῦ τῆς ἀποδημίας, ἰκανὴν οὖσαν δαίξαι τὸ φιλόθεον αὐτοῦ τῆς γνώμης· ἰδοὺ γὰρ πόσῃν ὁδῶν ἀτέλλεται, ὥστε τὴν προσκύνησιν ἀποδοῦναι τῷ Δεσπότη. Ἐτι γὰρ ἐνόμιζον ἐν ἐνὶ τόπῳ συγκεκλιῆσθαι τὴν λατρείαν, καὶ διὰ τοῦτο πολλὴν ὁδὸν στελλόμενοι ἐκεῖ τὰς εὐχὰς ἀνέφερον· διὰ τοῦτο καὶ οὗτος παρεγένετο, ἔνθα ὁ ναὸς ἦν καὶ ἡ

e Savil. τὴν σπουδὴν τὰ κατὰ τὴν ἀνάγνωσιν. Quatuor mss. τὴν σπουδὴν μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν. Morel. τὴν σπουδὴν πρὸς τὴν ἀνάγνωσιν. d Quinque mss. αὐτοῦς, non male.

inimicis. Et ipse prior in indignos et millies lapsos tantam contulit beneficentiam : nos autem etiamsi faciamus quæcumque poterimus, nihil magnum faciemus, ut ei qui nos tantis beneficiis prævenit, aliquid rependamus. Nostra enim, si qua sequuntur, retributio quidem sunt et debitum; illius autem sunt gratia et beneficia, largitionisque magnitudo. Hæc igitur omnia cogitantes, diligamus Christum sicut Paulus ipsum dilexit, nullamque præsentium rationem habeamus, sed perpetuum ejus amorem in anima nostra firmum et stabilem servemus. Ita enim et omnia quæ in hac vita sunt, deridebimus, et terram quasi cælum inhabitabimus, neque ex prosperis rebus remissiores erimus, neque ex adversis contristabimur : sed omnibus præteritis ad amabilem Dominum nostrum hinc festinabimus, neque dilationem gravatim feremus, sed nunc et nos sicut beatus ille dicemus, *Quod nunc vivimus in carne, in fide vivimus Filii Dei, qui dilexit nos, et semetipsum tradidit pro nobis (Gal. 2. 20)* : ut et præsentem vitam absque mœrore perficiamus, et futuris bonis frui mereamur, gratia et misericordia Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri et Spiritui sancto sit gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XXXV.

Factum est autem in regno Amraphath regis Sennaar, Arioch rex Alasar, et Chodologomor rex Elam, et Tharthac rex gentium gesserunt bellum cum rege Sodomorum (Gen. 14. 1. 2).

1. *Lectio Scripturæ commendatur.* — Ingens honum est, dilectissimi, divinarum Scripturarum lectio. Hæc enim animam vera philosophia instructam reddit, hæc in cælum mentem transfert, hæc memorem beneficii reddit hominem, hæc facit ne quidquam ex rebus præsentibus admiremur, sed ut perpetuo in alia vita mente nostra versemur, et ad Domini mercedem respicientes omnia operemur, alacritateque magna virtutum labores aggrediamur. Ex ipsis discere licet Dei celeriter succurreris providentiam, justorum fortitudinem, Domini bonitatem, præmiorum magnitudinem. Hinc possumus ad æmulationem et imitationem philosophiæ generosorum virorum excitari, ut non torpescamus in virtutis certaminibus; sed confidamus divinis promissionibus, etiam antequam eveniant. Proinde magna diligentia, quæso, divinarum Scripturarum lectioni vacemus. Ita enim et scientiam assequemur, si ad ea, quæ ibi posita sunt, frequenter accedamus. Neque enim fieri potest, ut is qui divinis Scripturis magno studio ferventique desiderio vacat, umquam negligatur; sed licet desit nobis hominis magisterium, ipse Dominus superne nostra in corda intrans illustrat mentem, rationi juvar suum infundit, detegit occulta, doctorque fit eorum quæ ignoramus; tantum si nos quæ nostra sunt afferre velimus. *Ne vocetis enim, inquit, magistrum super terram (Matth. 23. 8)*. Quando igitur in magis spirituales librum capimus, intenta mente, collectis reductisque cogitationibus, omnique sæcu-

lari cura depulsa, lectioni incumbamus cum magna pietate et attentione, ut possimus a sancto Spiritu ad scriptorum intelligentiam duci, et multum inde fructum percipere. Nam barbarus ille reginæ Æthiopum eunuchus, qui in tanta erat gloria, et curru vehebatur (*Act. 8*), ne illo quidem tempore lectionem negligebat; sed prophetam in manibus habens, magnum lectioni adhibebat studium, idque nescius quid in libris contineretur: attamen quia afferebat quidquid in se erat, nempe studium, alacritatem, attentionem, doctorem nactus est. Cogita enim, obsecro, quantum erat neque in itinere lectionem negligere, et præsertim sedentem in curru. Audiant exemplum ii qui neque domi ut hoc faciant, persuaderi possunt, sed putantes supervacuum esse horum lectionem, quia vel cum muliere habitant, vel militiæ adscripti sunt, vel puerorum et servorum aliorumque negotiorum agunt curam, non convenire sibi opinantur, ut divinæ Scripturæ lectioni incumbant. Ecce enim hic eunuchus et barbarus, quæ utraque ad reddendum negligentiores sufficiebant, et ad hæc dignitatis amplitudo et opum abundantia: adde quod et in itinere erat et curru ferebatur: hoc enim modo iter facienti non est facile lectioni esse attentum, imo valde molestum: attamen desiderium et studium omnia impedimenta e medio auferebat, et lectioni ille incubebat, nec dicebat ea quæ nunc plerique dicunt: Non intelligo ea quæ scripta sunt, non possum intelligere profunditatem Scripturarum: quare frustra et incassum laborem sustinerem legendo, dum non habeo qui interpretetur? Nihil horum cogitabat ille, lingua quidem barbarus, mente autem philosophus; sed cogitans potius se non contemptum iri, sed superna gratia adjuvandum, modo quod suum erat pro viribus adferret, lectioni incumbebat. Propterea benignus Dominus ipsius videns desiderium, eum minime neglexit, neque sua cura destituit, sed protinus ipsi doctorem misit. Tu autem expende quomodo expectaverit, ut ipse quæ ipsius erant prius adferret, et tunc suum patefecit auxilium. Cum igitur omnia perfecta et absoluta essent quæ ab illo fuerant exhibenda, deinceps angelus Domini Philippo apparuit, dicens: *Surge et vade ad viam quæ descendit ab Jerusalem in Gazam; hæc est deserta. Et ecce, inquit, vir Æthiops, præfectus eunuchus Candaces reginæ Æthiopum, qui venerat adoraturus in Jerusalem; et ipse revertebatur sedens super currum suum, legebatque Isaiam prophetam (Act. 8. 26-28)*. Vide quam accurate nobis narravit qui librum scripsit, dicens, *Æthiops*, ut illum barbarum esse cognosceremus: deinde ait, *Præfectus*, quo nomine maximum dignitatis honor significatur; *Qui venerat, inquit, adoraturus in Jerusalem*. Vide etiam peregrinationis causam, idoneam quæ animi ipsius pietatem declaret: expende enim quantum itineris suscepit ut Dominum adoraret. Tunc enim adhuc divinum cultum arbitrabantur uno loco concludi, ideoque longo peracto itinere, illius preces fundebant: propterea et iste eo venerat, ubi templum erat et cultus Judaicus, ut adorationem.

Dominò persolveret. Et posteaquam quod cupiebat implevisset, *Revertens*, inquit, *et in curru suo sedens legebat.*

2. Deinde cum accessisset Philippus (a), dixit ad illum : *Putasne intelligis quæ legis (Act. 8. 30)?* Vides animum diligentem ac sollicitum, lectioni etiam illi, quam non intelligeret, incumbentem, et doctorem qui ipsum instrueret requirentem? Etenim apostolus statim per interrogationem illius excitat affectum; quod enim dignus esset, qui doctoris opera in lectione reconditorum intelligentiam consequeretur, ipsa viri responsio declarat. Cum enim apostolus dixisset, *Putasne intelligis?* vesteque vili indutus accessisset: non ægre tulit nec indignatus est, neque se contumelia affligi existimavit, quod plerisque insulsis accidit, qui sæpe malunt in perpetua versari ignorantia, quia pudet illos ignorantiam suam confiteri, et ab iis discere qui docere valeant. At huic nihil tale evenit; sed cum mansuetudine et pietate respondet, animi sui statum declarans, aitque : *Quomodo possim, nisi quis mihi ostenderit (Ibid. v. 31)?* nec tantum mansuete respondit, ac postea transit, sed rursus morum suorum virtutem nobis demonstrans, ista loquutus præfectus ille, barbarus, curru vectus, eum qui vilis videbatur, et ex vestitu contemnendus, rogavit ut ascenderet, ac secum sederet. Vides animi fervens studium? vides pium barbari animum, quomodo sapientis ejusdem dictum illud impleverit : *Si videris virum prudentem, mane surge ad eum, et gradus ostiorum illius deterat pes tuus (Eccli. 6. 36)?* Vides qui merito non sit neglectus? vides qui merito supernam sit consequutus providentiam? vides ut nihil omiserit eorum quæ ab ipso offerri conveniebat? Propterea deinceps doctorem nactus, eorum vim quæ proposita erant accurate discebat, et animo illuminabatur.

Quam utile Scripturam legere; nullum tempus ad Scripturæ lectionem incommodum. — Videtis quantum sit comodi attente et studiose divinas Scripturas legere? Propterea enim et hanc de barbaro historiam in medium vobis produxi, ut ne quemquam nostrum pudeat imitatore fieri Æthiopsis, eunuchi, ejus qui ne in itinere quidem lectionem neglexerit. Idoneus enim est barbarus iste qui nobis omnibus doctor fiat, tum privatam vitam sectantibus, tum militiæ adscriptis, tum dignitate et honore præditis, et ut in summa dicam, omnibus non viris solum, sed et mulieribus, ut quæ assidue domi versantur: quin etiam iis doctor fuerit qui vitam monasticam delegerunt, ut discant omnes nullum esse tempus ad divinorum eloquiorum lectionem incommodum, sed fieri posse, ut non solum domi, verumetiam in foro versantes, et iter facientes, et in multorum cœtu agentes, ac variis negotiis impliciti horum studio teneamur, ut quæ a nobis præstanda sunt conferentes, cito magistrum adipiscamur. Dominus enim videns nostrum ad res spirituales affectum, non negliget, sed supernam illu-

(a) Nonnulli putant hunc Philippum apostolum fuisse; alii numero plures diaconum fuisse asseverant.

strationem præbebit, ac nostrum illuminabit animum. Ne igitur, obsecro, Scripturarum lectionem negligamus: verum sive eorum, quæ his continentur, vim intelligamus, sive ignoremus, illa frequenter addeamus. Assidua enim meditatio memoriam efficit indelebilem: et non raro evenit, ut quod hodie invenire non potuimus legentes, hoc rursus postero die aggredientes, repente inveniamus, Deo videlicet pro sua clementia occulte mentem nostram illustrante. Cæterum ista ad assiduam divinarum Scripturarum lectionem suscipiendam diximus: ut autem discatis in aliis etiam omnibus hoc Dominum facere consuevisse, ut cum quæ a nobis sunt contulerimus, ipse sua abunde suppeditet, et quod in Scripturarum lectione fecit, multa cum celeritate misso ad barbarum doctorem, hoc et in iis qui virtutem exercere volunt efficiat, audi quæ dicuntur. Verum ut manifestior nobis iste sermo reddatur, consentaneum fuerit rursus quæ ad patriarcham attinent in medium adducere, et quæ heri dicta subsequuntur nunc assumere. Cognovistis enim ex jam dictis, quomodo maximæ illius humilitatis erga Lot exhibitæ, qua illi potioribus partibus cessit, magnam a Deo mercedem sit consequutus, et promissionem acceperit longe ipsius facta superantem. Videamus autem deinceps etiam ex hodie lectis rursus ipsius justæ virtutem, ut ita procedentes discamus ineffabilem Dei erga illum providentiam. Nos enim omnes per patriarchæ philosophiam docens, sinit ipsum per singula tempora prius demonstrare animi pietatem, et tunc suam offert remunerationem, ut et nos patriarcham imitantes studiose admittamur prius virtutis labores capessere, atque ita ab ipso remunerationis vicem exspectare.

3. *Clades regis Sodomorum, a pluribus regibus impetiti, captivitas et spoliatio Lot; concordia laudatur, qua servata nihil Lot fuisset passus.* — Sed tempus est, ut quæ hodie lecta sunt, vobis proponam: ea enim vix interpretatione opus habent. Nam vel ipsa lectio excellentem justæ virtutem satis demonstrare potest. 1. (Cap. 14) *Factum est autem, inquit, in regno Amraphath regis Sennaar, Arioch rex Elasar, et Chodologomor rex Elam, et Tharthac rex gentium, 2. fecerunt bellum cum Balac rege Sodomorum, et cum Barsac rege Gomorrhæ, et cum Sennaar rege Adama, et cum Symobor rege Seboim, et rege Balac; ipsa est Segor. 3. Omnia ii qui conspiraverunt in Valle salsa, quæ nunc est mare salis. Vide Scripturæ diligentiam, quomodo nomina etiam regum et nationum commemoraverit; non sine causa, sed ut ex horum appellatione discas barbarum istorum animum. Isti enim, inquit, bellum gesserunt adversus Sodomorum regem et reliquos. Deinde belli causam etiam docet, unde principium habuerit, dicens: 4. *Duodecim annis servierant Chodologomor, tertio autem decimo anno desciverunt, 5. Quarto autem et decimo anno venit Chodologomor, et reges qui cum eo erant, et trucidarunt gigantes in Astaroth et Carnaim, et gentes fortes una cum ipsis, et Ummæos, qui erant in Save civitate, 6. et Chorræos, qui erant in montibus Scir, usque ad Terebinthum Pha-**

λατρεία ἢ Ἰουδαϊκῆ, ἵνα τὴν προσκύνῃσιν ἀποδῶ τῷ Δεσπότη. Καὶ ἐπειδὴ ἐπλήρωσε τὸ ποθεύμενον, Ἰγροστρέφων, φησὶ, *καὶ κωθήμενος ἐπὶ τοῦ ἄρματος αὐτοῦ ἀνεγίνωσκεν.*

β'. Εἶτα ἐπιστάς ὁ Φιλιππὸς φησὶ πρὸς αὐτόν. Ἄρα γε *γινώσκεις ἢ ἀναγινώσκεις;* Εἶδες ψυχὴν μεμεριμημένην, οὐκ εἰδύσαν μὲν τὰ ἐγκείμενα, ἐχομένην δὲ τῆς ἀναγνώσεως, καὶ ποθοῦσαν ἐπιτυχεῖν τοῦ ὀδηγοῦντος διδασκάλου; Καὶ γὰρ εὐθέως ὁ ἀπόστολος διὰ τῆς ἐρωτήσεως διεγείρει αὐτοῦ τὸν πόθον· ὅτι γὰρ ἄξιός ἦν τυχεῖν τοῦ ὀδηγοῦντος πρὸς τὴν τῶν ἐγκειμένων κατανόησιν, αὐτῆ ἢ ἀπόκρισις τοῦ ἀνδρὸς ὀηλοῖ. Τοῦ γὰρ ἀποστόλου εἰπόντος, Ἄρα γε *γινώσκεις;* καὶ μετὰ εὐτελοῦς σχήματος προσείοντος, οὐκ ἔδυσχέρηνεν, οὐκ ἱγανάκτισεν, οὐκ ἐνόμισεν ὑβρίσθαι, ὁ πολλοὶ τῶν ἀνοήτων πάσχοι, καὶ πολλαῖς αἰροῦνται ἐν διηνεκεῖ ἀγνοία τυγχάνειν, αἰσχυνόμενοι τὴν ἀγνοίαν ὁμολογῆσαι, καὶ παρὰ τῶν διδάξαι δυναμένων μαθεῖν. Ἄλλ' οὕτως οὐδὲν τοῦτον πέπνεον· ἀλλὰ μετὰ πάσης ἐπεικειας καὶ εὐλαθείας τὴν ἀπόκρισιν ποιεῖται, δεικνύς αὐτοῦ τῆς ψυχῆς τὴν κατάστασιν, καὶ φησὶ· *Πῶς γὰρ ἂν θυραίμην, ἐὰν μὴ εἰς ὀδηγήση με;* Καὶ οὐ μόνον ἀπεκρίνατο μὲν μετ' ἐπεικειας, παρῆραμα δὲ, ἀλλὰ μᾶλλον τῶν οἰκείων τρόπων ἐνδεικνύμενος ἡμῖν τὴν ἀρετὴν, ταῦτα εἰπὼν παρεκάλεσεν ὁ δυνάστης, ὁ βάρβαρος, ὁ ἐπ' ὀχλήματος φερόμενος τὸν εὐτελῆ φαινόμενον, τὸν ἀπὸ τῆς ἐσθῆτος εὐκαταφρόνητον, ἀναθάντα καθίσει σὺν αὐτῷ. Εἶδες ψυχῆς προθυμίαν; εἶδες εὐλαθείας ἐπιτασιν; εἶδες βαρβάρου γνῶμην φιλόθεον, πῶς ἐπλήρωσε ἐκεῖνο τὸ παρὰ σοφοῦ τινος εἰρημένον· *Ἐὰν ἴδῃς συνετόν, βρῆριζε πρὸς αὐτόν, καὶ βαθμοὺς θυρῶν αὐτοῦ ἐκτριβέτω ὁ ποῦς σου;* Εἶδες πῶς δικαίως οὐ περιώφθη; εἶδες πῶς δικαίως ἀπήλαυσε τῆς ἀνωθεν προνοίας; εἶδες πῶς οὐδὲν ἐνέλιπε τῶν ὀφειλόντων παρ' αὐτοῦ εἰσενεχθῆναι; Διὰ τοῦτο λοιπὸν ἐπιτυχῶν τοῦ διδασκάλου, ἐμάθανε μετὰ ἀκριθείας καὶ τῶν ἐγκειμένων τὴν δύναμιν, καὶ ἐφωτίζετο τὴν διάνοιαν.

Ἴδετε ὅσον ἐστὶν ἀγαθὸν τὸ μετὰ προσοχῆς καὶ σπουδῆς τὴν ἀνάγνωσιν ποιῆσθαι τῶν θείων Γραφῶν; Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τὴν κατὰ τὸν βάρβαρον τοῦτον ἱστορίαν εἰς μέσον ὑμῖν παρήγαγον, ἵνα μὴ ἐπαισχυνθῶμεν ἅπαντες ζηλωταὶ γενέσθαι τοῦ Αἰθίοπος, τοῦ εὐνοῦχος, τοῦ μηδὲ ἐν ὀδοπορίᾳ τῆς ἀναγνώσεως ἀμελοῦντος. [352] Ἰκανὸς γὰρ οὗτος ὁ βάρβαρος ἅπασιν ἡμῖν διδάσκαλος γενέσθαι, καὶ τοῖς τὸν ἰδιωτικὸν βίον ἐπανηρημένοις, καὶ τοῖς ἐν στρατιᾷ κατελειγμένοις, καὶ ἐν περιφανείᾳ τυγχάνουσι, καὶ πᾶσιν ἀπαξιαπλῶς οὐκ ἀνδράσιν, ἀλλὰ καὶ γυναίξιν, ὅσῃ καὶ διηνεκῶς οἰκοὶ διατρίβουσι, ἀλλὰ καὶ τοῖς τὸν μοναχικὸν βίον ἐπανηρημένοις, ἵνα μεταθάνωσι πάντες, ὡς οὐδεὶς καιρὸς κώλυμα γίνεται πρὸς τὴν τῶν θείων λογίων ἀνάγνωσιν, ἀλλὰ δυνατὸν μὴ μόνον ἐπὶ οἰκίας, ἀλλὰ καὶ ἐπ' ἀγορᾶς βαδίζοντας, καὶ ὀδοπορίαν ποιουμένους, καὶ ἐν συνουσίᾳ πλειόνων τυγχάνοντας, καὶ πράγματι συμπλεκόμενος τῆς τούτων ἕχεσθαι σπουδῆς, ἵνα τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰσφέροντες, ταχέως καὶ τοῦ ὀδηγούντος ἐπιτύχωμεν. Ὅρων γὰρ ἡμῶν ὁ Δεσπότης τὴν περὶ τὰ πνευματικὰ ἐπιθυμίαν, οὐ περιόφεται, ἀλλὰ παρῆζει τὴν ἀνωθεν ἑλλαμψίν, καὶ φωτίζει ἡμῶν τὴν διάνοιαν. Μὴ τοίνυν ἀμελῶμεν, παρακαλῶ, τῆς ἀναγνώσεως, ἀλλὰ καὶ τε εἰδῶμεν τῶν ἐγκειμένων τὴν δύναμιν,

mitatem multis largitionibus consolando. Quandoquidem patriarcha iste non mediocriter interjecto illo tempore adversis rebus exercitus est, quamvis semper adversa temperarentur prosperis. Universorum enim Deus nostræ infirmitatis curam agens, non semper in adversis nos manere sinit, ut non opprimatur nostra infirmitas: sed celeriter et ipse opitulatur, firmans nostram alacritatem, et mentem excitans. Neque semper in prosperitate nos esse sinit, ut ne fiamus negligentiores, et in vitiorum partes transfugiamus. Humana enim natura, quando multum prospere ei succedit, suæ obliviscitur nobilitatis, neque intra suos limites subsistit: idcirco quasi amantissimus pater aliquando nobis indulget, aliquando castigat, ut variis viis nostræ animæ salutem curet. Quoniam et medicus, quando infirmum curat, neque semper inopia cibi torquet, neque semper larga mensa frui sinit, ne voracitas febrem parientem augeat morbum, cibi vero inopia infirmorem eum efficiat: sed conjectans apud se, quantæ sint ægrotantis vires, et diligenter utens arte omnia sua in medium affert: similiter et benignus Deus sciens quid cuius expediat, aliquando concedit nobis prosperitate frui, aliquando autem exercitationis gratia tentationibus nos circumdat. Nam si virtute præditi sunt qui tentationes experiuntur, clariores evadunt, abundantioribus sibi supernam gratiam concilians: si autem ut nos peccatores sint, et cum gratiarum actione tentationes ferant, gravem deponent peccatorum sarcinam, multaque venia et ipsi potentur. Ideo obsecro, cum sciamus potentiam et sapientiam Medici animarum nostrarum, numquam curiose ejus dispensationes inquiramus. Cum enim eas mens nostra comprehendero nequeat, hinc magis obstupescamus, et glorificemus Deum pro omnibus, quod talem habeamus Dominum, cujus dispensationes neque mens nostra, neque humanæ naturæ ratio capere potest. Neque enim tam bene scimus quid nobis expediat, quam ipse scit; neque sic nostra nos curamus, ut ipse salutem nostram, et omnia facit et molitur, ut ad virtutem nos inducat, et a diaboli manibus eripiat. Et cum videt nihil prodesse nobis prosperitates, tunc sicut bonus medicus, qui animadvertit obesos fieri eos, quorum curam gerit, propter crapulam, ad sanitatem per sobrietatem reducit: ita et eximius animarum nostrarum Medicus permittit paulisper nos tentari, ut sentiamus quantum damni ex prosperitate acceperimus; et quando videt restitutam sanitatem, tunc celeri nobis subsidio concedit ut a tentationibus liberemur, et suæ providentiæ curam ubertim declarat. Itaque etsi aliqui virtute præditi in tentationes incidant, ne turbentur, sed hinc meliorem spem concipiant, quia tentationum incursus, coronarum et præmiorum eis sunt materia. Quod si in peccatis cum sint, in adversa incidant, ne propterea gravatim ferant, scientes omni tempore peccata adversis purgari, modo cum gratiarum actione suscipiamus ea quæ eveniunt. Grati enim famuli est, non solum gratias agere domino, quando ubertim pro sententia

ὅπως αὐτὸν καλέσεις, καὶ ὅτι πρὸς αὐτὸν τὴν διαθήκην μου θήσομαι, καλοῦ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ μετ' αὐτόν. Εἶτα ὁ φιλότιμος καὶ ταῖς δωρεαῖς, καὶ τὰς ἀθήσεις ἡμῶν ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος ὑπερβαλλόμενος, ἐπειδὴ διανέστησε τοῦ δικαίου τὸ φρόνημα, καὶ σχεδὸν εἶπεν, δι' ὧν ὑπέσχετο νέον ἐκ γέροντος τὸν προσύτην εἰργάσατο, καὶ τὸν νεκρὸν, ὡς εἶπεν, ἦντα διὰ τῶν βημάτων ἐξωγονήσεν, ἐπιδαφιεύόμενος ταῖς εὐεργεσίαις φησί· Καὶ ταῦτα ἅπερ ὑπεσχόμην εἰς ἔργον ἄξω, καὶ μετὰ τοῦτο καὶ τὴν περὶ τὸν Ἰσαὴλ παρακλησιν δεξάμενος *. Ἐπήκουσα γὰρ σου τῆς δεήσεως, καὶ εὐλόγηκα αὐτόν. Αὐξήσω αὐτόν καὶ πληθυνῶ αὐτόν σφόδρα, σφόδρα. Δώδεκα ἔθνη γενήσεται, καὶ δώσω αὐτόν εἰς ἔθνος μέγα. Ἐπειδὴ γὰρ, φησί, σὸν σπέρμα ἐστίν, οὕτως αὐτὸν αὐξήσω, καὶ πληθυνῶ σφόδρα, ὡς δώδεκα ἔθνη ἐξ αὐτοῦ διαδοθῆναι. Τὰ μέντοι τῆς διαθήκης τῆς ἐμῆς στήσω πρὸς Ἰσαὰκ, ὃν τέξεται σοὶ Σάρρα εἰς τὸν καιρὸν τοῦτον, ἐν τῷ ἐνιαυτῷ τῷ δευτέρῳ. Ὅρα μοι ἐνταῦθα, ἀγαπητοί, ὅπως ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπή ὁ δίκαιος παντὸς τοῦ χρόνου τὰς ἀμοιβὰς ἐκομίσασατο, καὶ ἐπληροῦτο ἐκεῖνο τὸ παρὰ τοῦ Χριστοῦ τοῖς μαθηταῖς εἰρημένον, ὅτι Ὅστις ἂν καταλίπῃ πατέρα ἢ μητέρα, ἢ οἰκίαν ἢ ἀδελφούς διὰ τὸ δρομὰ μου, καὶ ἐνταῦθα ἑκατοσταπλασίονα λήψεται, καὶ ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσει. Ἐνόησον γὰρ μοι τὸν δίκαιον τοῦτον, ἐπειδὴ ἐτοίμως ὑπέκρουσε τῷ προστάγματι τοῦ Δεσπότη, καὶ καταλίπων τὴν οἰκίαν πατρίδα προετίμησε τὴν ἀλλοτρίαν τῆς ἐνεγκούσης, ὅπως κατὰ μικρὸν πολλὴν τὴν ὑπομονὴν ἐπιδειξάμενος, καὶ εἰς ἀκραν ἀρετῆς κορυφὴν ἀνελθὼν, οὕτω περιβλεπτος γέγονε καὶ περιφανής, ὡς τῷ παύσει τῶν ἀστρῶν τοὺς ἐξ αὐτοῦ ταχθέντας παρισωθῆναι. Τάχα εἰ τις εὐγνωμόνως βουλευθεῖ συνδεῖν, οὐ μόνον εἰσὶν ἑκατοσταπλασίονα, ἀ ὁ δίκαιος οὗτος ἐκομίσασατο ἐνταῦθα, ἀλλὰ καὶ μυριοπλασίονα. Εἰ δὲ ἐνταῦθα τοσοῦτων ἠξιώθη, τίς ἂν λόγος παραστήσῃται δυνήσεται τῆς ἐκεῖ [407] ἀπολαύσεως τὴν λήξιν; Μᾶλλον δὲ, ὡς οἴοντε, καὶ τοῦτο ὁ λόγος δεῖξαι δυνήσεται. Ὅταν γὰρ ἀκούσης, ὅτι πάντες οἱ δίκαιοι ἐξ ἐκείνου μέχρι νῦν, καὶ μέχρι τῆς συντελείας αὐτῆς, εὐχῆς ἔργον ποιοῦνται εἰς τοὺς κόλπους τοῦ πατριάρχου κατανήσῃται, πόλλαν τέραν μέζονα ταύτης τιμὴν παραστήσῃται δυνήσῃ; Εἶδες οὖν ἐστὶν ὑπομονή, ὅσον ἐστὶν ἀρετὴ, ὅσον ἐστὶ τὸ εἶναι φιλόθεον, καὶ πολλὴν εὐγνωμοσύνην ἐπιδεικνύσασθαι περὶ τῆς τοῦ Δεσπότη εὐεργεσίας; Ἐπειδὴ γὰρ κατὰ καιρὸν τὰ παρ' αὐτοῦ εἰσέφερον, εὐχαριστικῶς πάντα δεχόμενοι, καὶ τὰ χρηστὰ καὶ τὰ ἐναντία, διὰ τοῦτο ὁ φιλόανθρωπος Θεὸς τελευταῖον ἀπάντων τὸ κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν, καὶ ὅπερ μάλιστα ὁ δίκαιος ἐπεθύμει, τοῦτο αὐτῷ ἔχαριστατο. Σκόπει γὰρ πὺς ἐν ἐκκοιτέσασιν ἑστῆσι ἐθεασάντες τοῦ δικαίου τῆς ἀρετῆς. Ἠνίκα γὰρ ἐξῆλθεν ἀπὸ τῆς Χαβρᾶν ὑπακούσας τῷ τοῦ Δεσπότη προστάγματι, ἐβδμήκοντα πέντε ἦν ἐτῶν, φησί· νυνὶ δὲ, ὅτε ταῦτα ἤκουσεν, ἑκατοστοῦ λοιπὸν ἦν ἔτους ἐπιβάς.

γ'. Ταῦτα ἀκούοντες, ἀγαπητοί, παιδευόμεθα πολλὴν τὴν ὑπομονὴν ἐπιδεικνύσασθαι, καὶ μηδέποτε ἀλύειν, μηδὲ ναρκᾶν πρὸς τὸς τῆς ἀρετῆς ἰδρύτας, ἀλλ' εἰδέναι ὅτι φιλότιμος ὧν καὶ μεγάλωδωρος ὁ Δεσπότης ὁ ἡμέτερος, ἀντὶ μικρῶν πόνων μεγάλας ἡμῖν ἀποδώσει τὰς ἀμοιβὰς, καὶ οὐ μόνον ἐν τῷ μέλλοντι τὰ ἀθάνατα ἀγαθὰ ταμιεύμενος, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν παρόντα βίον παραμυθούμενος ἡμῶν τῆς φύσεως τὴν ἀσθένειαν, πολλὰς φιλοτιμῆται τὰς δωρεὰς. Ἐπεὶ καὶ ὁ πατριάρχης οὗτος οὐκ ὀλίγα ἐν

* Multo malim cum Colsi. legere δεξομαι. Emr.

τῷ μεταξὺ χρόνῳ ὑπέμενε τὰ λυπηρὰ, εἰ καὶ ὅτι ἐκάστοτε ἀνεμίγνυτο τοῖς λυπηροῖς καὶ τὰ χρηστὰ. Κηδόμενος γὰρ ἡμῶν τῆς ἀσθενείας ὁ τῶν ὀλων Θεὸς, οὕτως αὐτοῖς λυπηροῖς ἀφήσεν ἡμᾶς ἐναπομένειν, ἵνα μὴ ἐλέγχῃται ἡμῶν ἡ ἀσθένεια, ἀλλὰ ταχέειν καὶ αὐτὸς παρέχει τὴν ἀντιλήψιν, βωννύς ἡμῶν τὴν προθυμίαν, καὶ τὸν λογισμὸν διεγείρων οὕτως αὐτὸν ἐν ἀνέσει εἶναι καταλιμπάνει, ἵνα μὴ βῆθυμότεροι γενόμενοι, πρὸς τὴν κακίαν αὐτομολήσωμεν. Ἡ γὰρ φύσις ἡ ἀνθρωπεία, ἐπειδὴν πολλῆς ἀνέσεως ἐπιλάθεται, ἐπιλανθάνεται τῆς εὐγενείας, καὶ οὐχ ἴσταται ἐπὶ τῶν οἰκείων ὄρων· δι' ὃ καθάπερ πατὴρ φιλόστοργος, ποτὲ μὲν ἡμᾶς ἀνίησι, ποτὲ δὲ σωφρονίζει, ἐν οὕτως ἡμῶν μεθοδεύει τῆς ψυχῆς τὴν ὑγίειαν. Ἐπεὶ καὶ ἰατρός, ἐπειδὴν ἀβρώστον θεραπεύει, οὕτως αὐτὸν κατατείνει τῇ αἰσίτῃ, οὕτως αὐτὸν ἀδελφῶν ἐπιτρέπει τῆς τραπέζης, ἵνα μὴ ἡ ἀδελφεία πυρετὸν τεκοῦσα ἐκτείνῃ τὴν ἀβρώστιαν, μηδὲ τῇ αἰσίτῃ αὐτὸν κατατείνων ἀσθενέστερον ἐργάσῃται· ἀλλὰ καταστοχαζόμενος τῆς δυνάμεως, καὶ ἐπιμελῶς τῇ τέχνῃ κεχορηγμένος, οὕτως τὰ παρ' αὐτοῦ παρατάττεται· τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ὁ φιλόανθρωπος Θεὸς εἰδὼς τὸ ἐκάστῳ ἡμῶν συμφέρον, ποτὲ μὲν ἀνέσεως ἡμᾶς ἀπολαύειν συγχωρεῖ, ποτὲ δὲ καὶ γυμνασίας ἕνεκεν περασμοῖς περιβάλλει. Εἶτε [408] γὰρ ἑνᾶνθρωποι τινες εἶεν, διὰ τῆς τῶν πειρασμῶν ἐπαγωγῆς λαμπρότεροι δεικνύμενοι, πλείονα τὴν ἀνωθεν εὐμένειαν ἐπισπάσονται· εἶτε καθ' ἡμᾶς ἀμαρτωλοὶ τυγχάνοιεν, εὐχαριστικῶς δεχόμενοι τῶν πειρασμῶν τὴν ἐπαγωγὴν, τὸ βαρὺ τῶν ἀμαρτημάτων ἀποθήσονται φορτίον, καὶ πολλῆς καὶ αὐτοῖς συγγνώμης ἀπολαύσουσι. Δι' ὃ, παρακαλῶ, εἰδότες ὅδ' εὐμήχανον καὶ σφοδρὸν τοῦ ἱατροῦ τῶν ψυχῶν τῶν ἡμετέρων, μηδέποτε περιεργαζώμεθα αὐτοῦ τὰς οἰκονομίας. Κἂν γὰρ ἡ διάνοια ἡ ἡμέτερα ταῦτα καταλαμβάνειν μὴ δύνηται, ταύτη μᾶλλον ἐκπλητεῦμεθα τοῦ Θεοῦ τὰς οἰκονομίας, καὶ δοξάζωμεν αὐτὸν ὑπὲρ πάντων, ὅτι τοιοῦτον ἔχομεν Δεσπότην, οὐ μηδὲ χωρησὶν δύναται ἡ διάνοια ἡ ἡμέτερα καὶ ὁ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως λογισμὸς τὰς οἰκονομίας. Οὕτως γὰρ οὕτως ἡμεῖς ἴσμεν τὸ συμφέρον ἡμῶν, ὡς αὐτὸς ἐπίσταται· οὐχ οὕτως ἡμεῖς κηδόμεθα ἑαυτῶν, ὡς αὐτὸς κηδεταὶ ἡμῶν τῆς σωτηρίας, καὶ πάντα ποιεῖ καὶ πραγματεύεται. ὥστε πρὸς τὴν ἀρετὴν ἡμᾶς χειραγωγῆσαι, καὶ ἐξαρπάσει τῶν τοῦ διαδόλου χειρῶν. Καὶ ὅταν ἴδῃ μὴ δυναμένους κερδᾶναι ἀπὸ τῆς εὐμερίας, καθάπερ ἰατρός ἀριστος, ἐπειδὴν θεσθῆται ἀπὸ πολλῆς λαιμαργίας εἰς πολυσαρκίαν ἐξίοντας, διὰ τῆς ἐγκρατείας πρὸς ὑγίειαν ἐπανάγει· οὕτω δὲ καὶ ὁ θαυμάσιος τῶν ἡμετέρων ψυχῶν ἰατρός ἀφήσῃ μικρὸν διὰ τῆς τῶν πειρασμῶν ἐπαγωγῆς εἰς ἀσθενίαν ἔλθειν τῆς βλάβης, ἣν ἐκ τῆς εὐμερίας ὑπεμείναμεν, καὶ ὅταν ἴδῃ καλῶς τὰ τῆς ὑγείας καταρθωθέντα, τότε λοιπὸν δεῖ τῆς οἰκείας ἀντιλήψεως καὶ τῶν πειρασμῶν χαρίζεται τὴν ἀπαλλαγὴν, καὶ τὴν παρ' αὐτοῦ πρόνοιαν ἐπιδείκνυται μετὰ πολλῆς τῆς δαφιλείας. Εἶτε οὖν ἐν ἀρετῇ ὄντες τινὲς πειρασμοῖς περιπέσειεν, μὴ θορυβεῖσθωσαν, ἀλλὰ ταύτη μᾶλλον ταῖς χρησταῖς ἐλπίσι τρεφέσθωσαν, ὅτι ἡ τῶν πειρασμῶν ἐπαγωγὴ στεφάνων ὑπόθεσις αὐτοῖς γίνεται καὶ βραβείων· εἶτε ἐν ἀμαρτήμασι γεγονότες τοῖς λυπηροῖς ἐναφένται· μηδὲ οὕτω δυσανασητεῖσθωσαν, εἰδότες ὅτι καθάρσιον τῶν ἀμαρτηθέντων ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ γενήσεται ἡ τοῦτων ἐπαγωγὴ, ἐπειδὴν μετ' εὐχαριστίας πάντα τὰ ἐπιόντα διεχώμεθα. Τοῦτο γὰρ εὐγνώμωνος οἰκέτου, τὸ μὴ μόνον, ἡνίκα ἀδείας ἀπολαύει, εὐχα-

b Ἐλέγχεται, ad litteram, red. arguatur, aliquando etiam, vituatur, vel opprimatur, quo sensu frequenter apud Chrysost. habetur.

ριστεῖν τῷ δεσπότῃ, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἐναντίοις τῆν αὐτὴν εὐγνωμοσύνην ἐπιδείκνυσθαι. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ πατριάρχης οὕτως εὐδοκίμησε, καὶ τοσαύτης παρὰ τῷ Θεῷ τυχῶν παρῆρσις, καὶ δωρεὰς ἐδέχετο νικώσας τὴν φύσιν τὴν ἀνθρωπίνην.

δ'. Ἀναγκαῖον δὲ πάλιν ἐπὶ τὴν ἀκολουθίαν ἐπανελθεῖν τοῦ λόγου, καὶ ἰδεῖν τοῦ δικαίου τὴν ὑπακοήν, καὶ ὅπως εἰς ἔργον ἤγαγε τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐπιταττόμενα, οὐ ζητῶν τὸν λόγον, οὐδὲ εὐθύνας ἀπαιτῶν, καθάπερ οἱ πολλοὶ τῶν ἀνοήτων ποιοῦσι περιεργαζόμενοι τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ γινόμενα, καὶ λέγοντες· Εἰς τί τοῦτο; εἰς τί ἐκεῖνο; καὶ τί τὸ ὄφελος ἀπὸ τοῦ τόδε γενέσθαι, ἢ τόδε; Ἄλλ' οὐχ ὁ δίκαιος οὕτως· ἀλλὰ καθάπερ οἰκίτης φιλοδέσποτος, οὕτως ἄπερ ἂν ἐπετάγη, εἰς ἔργον ἀγαγεῖν ἐσπευδε, μὴ περιεργαζόμενος. Καὶ ἵνα μάθῃς, ἀκουε τῶν ἐξῆς. Ἐπειδὴ γὰρ τὴν ὑπόσχεσιν ἐποιήσατο πρὸς αὐτὸν ὁ Δεσπότης, καὶ ἐτέλεσε τὴν [409] πρὸς αὐτὸν διάλεξιν, εὐθέως ὁ δίκαιος τὰ κελευσθέντα ἐπλήρου, καὶ τὸ σημεῖον τὸ παρὰ τοῦ Θεοῦ κελευσθὲν ἐπετίθει τῷ Ἰσμαῆλ, τὴν περιτομὴν λέγων, καὶ πᾶσι τοῖς οἰκογενεῖσι, καὶ τοῖς ἀργυρωήτοις, καθὰ ἐλάλησεν αὐτῷ ὁ Θεός. Περιετέμετο δὲ καὶ αὐτός. Ἐννενηκόντα γὰρ καὶ ἐννέα ἐτῶν ἦν, φησὶν, ἠλίκα περιετέμετο τὴν σάρκα τῆς ἀκροβυστίας αὐτοῦ· Ἰσμαῆλ δὲ ἦν ἐτῶν δεκατριῶν. Μὴ νομίσης ἀπλῶς ἡμῖν τῶν ἐτῶν τὸν ἀριθμὸν τὴν Γραφὴν ἐπιστημῆνασθαι· ἀλλ' ἵνα καὶ ἐκ τούτου μάθῃς τοῦ δικαίου τὴν πολλὴν ὑπακοήν, ὅτι ἐν ἐσχάτῳ γήρῳ ὦν πρῶως ἤνεγκε τὴν ὀδύνην διὰ τὸ τοῦ Θεοῦ ἐπίταγμα, διὰ τοῦτο ποιεῖται τὴν αὐτῶν ἀπαρίθμησιν, καὶ οὐκ αὐτὸς μόνος, ἀλλὰ καὶ ὁ Ἰσμαῆλ καὶ πάντες οἱ οἰκογενεῖς. Οὐδὲ γὰρ τὸ τυχόν ἐστιν, ἀγαπητὲ, ὑγαίνουσιν σάρκα ἀποτεμεῖν καὶ κακῶς ἔχουσιν. Εἰ γὰρ καὶ λατρῶν παῖδες μέλος ἀβρωστῆσαν ἀποτέμνουσιν^α, ἀλλ' οὐκ ἴση γίνεται τότε ἡ ὀδύνη. Νεκρωθὲν γὰρ, ὡς εἶπεν, λοιπὸν καὶ τῆς ζωτικῆς δυνάμεως ἀποστρεφθὲν ἐκτέμνουσιν. Ἐνταῦθα δὲ γέρων καὶ πρεσβύτες (ἐκατὴν γὰρ ἐτῶν ἐτύγχανε) πρῶως ἤνεγκε τὴν ὀδύνην, ὁμοῦ καὶ τοῦ Θεοῦ τὸ ἐπίταγμα εἰς ἔργον ἀγαγεῖν σπεύδων, καὶ τὸν υἱὸν καὶ τοὺς οἰκογενεῖς ἅπαντας προθυμότερους ἐργαζόμενος, ὥστε μὴ ἐνδολεῖσαι, ἀλλὰ μετὰ πολλοῦ τοῦ τάχους τὸ παρὰ τοῦ Θεοῦ προσταχθὲν ἐπιτελεῖσαι. Εἶδες ὅσον ἐστὶν ἀνὴρ ἐνάρετος, ὅπως καὶ τοὺς ὑπηρετούμενους ἅπαντας ἐπαίδευσεν κατ' ἴγνωσ αὐτοῦ βαίνειν; Ὅπερ γὰρ χθὲς ἔλεγον, τοῦτο πάλιν καὶ νῦν ἐρῶ· ὅτι διὰ τοῦτο λοιπὸν ἐξ ἐκείνου πρόσταγμα γέγονε παρὰ τοῦ Θεοῦ, ὥστε ἐν ἄνωρ τῇ ηλικίᾳ τοῦτο ὑπομένειν τοὺς παῖδας, ἵνα ἐν ἀναισθησίᾳ τὴν ἐκτομὴν τῆς σαρκὸς ὑπομένοντες μηδεμίαν τῆς ὀδύνης πείραν λάθωσιν.

Ἄλλὰ σκόπει μοι, ἀγαπητὲ, τοῦ Θεοῦ τὴν φιλανθρωπίαν, καὶ τὴν ἀφατον περὶ ἡμᾶς εὐεργεσίαν. Ἐκεῖ καὶ ὀδύνη καὶ πόνος ἐκ τοῦ γινόμενου, καὶ οὐδὲν ἕτερον ἐκ τῆς περιτομῆς ὄφελος ἦν, ἢ τοῦτο μόνον, τὸ διὰ τοῦ σημείου τούτου γνωρίμους αὐτοὺς εἶναι, καὶ τῶν λοιπῶν ἐθνῶν κεχωρισθαι. Ἡ δὲ ἡμετέρα περιτομὴ, ἢ τοῦ βαπτίσματος λέγω χάρις, ἀνώδυνον ἔχει τὴν ἰατρειάν, καὶ μυρίων ἀγαθῶν πρόξενος γίνεται ἡμῖν, καὶ τῆς τοῦ Πνεύματος ἡμᾶς ἐμπλήσις χάριτος, καὶ οὐδὲ ὠρισμένην ἔχει καιρὸν, καθάπερ ἐκεῖ, ἀλλ' ἐξίστι καὶ ἐν ἄνωρ ηλικίᾳ, καὶ ἐν μέσῃ, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ γήρῳ γενόμενόν τινα ταύτην δέξασθαι τὴν ἀχειροποίητον περιτομὴν, ἐν ἣ οὐκ ἐστὶ μόνον ὑπομένειν, ἀλλ' ἀμαρτημάτων φορτία ἀποδέσθαι, καὶ τῶν ἐν παντὶ χρόνῳ

^α Quinque mss. ἀβρωστῆσαν τότε ἀποτέμνουσιν.

πλημμελημάτων τὴν συγχώρησιν εὐρέσθαι. Ἐπειδὴ γὰρ εἶδεν ὁ φιλόανθρωπος Θεός τῆς ἀσθενείας ἡμῶν τὴν ὑπερβολὴν, καὶ ὅτι ἀνίατα νοσοῦντες μεγάλης δόξα τῆς ἰατρείας, καὶ ἀφάρτου τῆς φιλανθρωπίας, οἰκονομῶν τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, ἐχαρίσατο ἡμῖν τὴν διὰ τοῦ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας ἀνακαίτην, ἵνα ἀποθέμενοι τὸν παλαιὸν ἀνθρώπον, τοῦτ' ἐστὶ τὰς πράξεις τὰς πονηράς, καὶ ἐνδυσάμενοι τὸν νέον, ἐπὶ τὴν τῆς ἀρετῆς ὁδὸν βαδίζωμεν. Ἄλλῃ, παρακαλῶ, μὴ τῶν ἀγνωμόνων, τῶν ἀναισθητῶν χείρους γενώμεθα Ἰουδαίων. Ἐκείνοι μὲν γὰρ δεχόμενοι τὸ σημεῖον [410] τοῦτο τῆς περιτομῆς, εἶχον ἱκανὴν ἀσφάλειαν πρὸς τὸ μηκέτι συναναμιγνύσθαι τοῖς ἔθνεσι κατὰ τὸν τῆς κοινωνίας λόγον· κατὰ γὰρ τὴν ἀσέβειαν πολλάκις αὐτοὺς καὶ ὑπερηκόντισαν ἀγκώμονες γεγονότες. Ἄλλ' ἡμεῖς ἅπασι δεχόμενοι τὴν διὰ τοῦ βαπτίσματος περιτομὴν, μετὰ ἀσφαλείας τὰ καθ' ἑαυτοὺς οἰκονομήσωμεν. Θὺ λέγω ἵνα μὴ συναναμιγνύμεθα τοῖς ἔθνεσιν, ἀλλ' ἵνα ἐπὶ τῆς οἰκειᾶς ἀρετῆς μένοντες, καὶ ἐκείνοις συναναμιγνύμενοι ἔλκωμεν αὐτοὺς εἰς τὴν εὐσέβειαν, καὶ διὰ τῆς τῶν ἀγαθῶν ἔργων πολιτείας διδασκαλίας αὐτοὺς ὑπόθεσις γινώμεθα. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ κοινὸς ἀπάντων Δεσπότης συνεχώρησεν ἀναμιγθῆναι καὶ τοὺς πονηροὺς καὶ τοὺς ἀγαθοὺς, καὶ τοὺς εὐσεβεῖς καὶ τοὺς ἀσεβεῖς, ἵνα οἱ πονηροὶ κερδαίνωσιν ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν, καὶ οἱ ἐν ἀσεβείᾳ ἔτι κατεχόμενοι χειραγωγῶνται πρὸς τὴν εὐσέβειαν. Οὐδὲν γὰρ οὕτω τῷ Θεῷ περισπούδαστον, ὡς σωτηρία ψυχῆς. Μὴ τοίνυν ἀμελῶμεν, παρακαλῶ, μήτε ἑαυτῶν, μήτε τῶν πλησίον· ἑαυτῶν μὲν, διὰ τοῦ τὰ καθ' ἑαυτοὺς οὕτως οἰκονομεῖν, ἑὺς δοκεῖ τῷ Θεῷ· τῶν δὲ πλησίον, ἐν οὕτω λάμπωμεν ἐν ἀρετῇ, ὥστε καὶ σιγῶντων ἡμῶν ἱκανὴν ἔχειν διδασκαλίαν τοὺς εἰς ἡμᾶς ὀρώντας. Ὅπερ οὖν ἐνάρετοι ὄντες τὰ μέγιστα καὶ αὐτοὶ κερδαίνωμεν, καὶ τοὺς ἀπίστους ὠφελήσομεν, οὕτως, εἰ βραθυμῆσαιμεν, καὶ αὐτοὶ πολλὴν ὑποστήσομεθα τὴν κλάσιν, καὶ ἐτέροις σκανδαλόυ ὑπόθεσις γενησόμεθα. Καθάπερ γὰρ τὴν ἀρετὴν μετιόντες διπλῆ τὸν μισθὸν παρὰ τοῦ Θεοῦ καρπούμεθα, καὶ ὑπὲρ ὧν ἂν ταύτην μετιώμεν, καὶ ὑπὲρ ὧν τοὺς πλησίον ἐφελεώμεθα εἰς τὴν τῆς ἀρετῆς κοινωνίαν· τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἐπὶ τῆς κακίας, οὐχ ὑπὲρ ὧν ἡμαρτήκαμεν κολαζόμεθα μόνον, ἀλλ' ὑπὲρ ὧν καὶ ἐτέροις ὑποσκελιζόμεν. Ἄλλῃ μὴ γένοιτο τῶν ἐνταυθα τίνα συνιόντων τοιούτων γενέσθαι, ἀλλὰ πάντας ἡμᾶς πρὸς οἰκοδομὴν τῶν ὀρώντων τὸν ἑαυτῶν βίον ἰθύνειν, ἵνα δυναθῶμεν μετὰ παρῆρσις στήναι ἐπὶ τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῶν ἀπορρήτων ἐκείνων ἀγαθῶν ἀξιοθηναί, ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ ΜΑ'.

Ἐπισημειωθὲν δὲ ὁ Θεός τῷ Ἀβραάμ πρὸς τὴν ὄψιν τῆς Μαμερῆς, καθήμενον αὐτοῦ ἐπὶ τῆς θύρας τῆς σκηνῆς αὐτοῦ μεσημβρίας.

α'. Ὅκνω καὶ ἀναδύομαι σήμερον πρὸς τὴν τῆς διδασκαλίας ἐξήγησιν. Ὅταν γὰρ ἐνοήσω, ὅτι καθ' ἐκάστην ἡμέραν ἡμῶν ἐνηγούτων, παραινούντων, παρατιθέντων ἡμῖν τὴν πνευματικὴν ταύτην ἐστίασιν, πολλοὶ τῶν ἐνταυθα παραγενομένων, καὶ μετεχόντων τῆς πνευματικῆς ταύτης διδασκαλίας καὶ τῆς φρι-

omnia succedunt; sed et si in adversis, eandem grati animi significationem det. Sic enim patriarcha ille celebris et illustris fuit, et tantam apud Deum obtinuit fiduciam, ac dona accepit quæ supra humanam sunt naturam.

4. Sed operæ pretium est ut ad institutum sermonem redeamus, et vidamus justi obedientiam, et quomodo fecerit quod a Deo imperatum est, non quærens causam, neque rationem exigens, sicut multi insipientes faciunt, de iis quæ Deus operatur curiose quærentes, et dicentes: Quare hoc, et quare illud? et quæ hinc, vel quæ illinc utilitas enascitur? At non ad eum modum fecit justus ille; sed sicut famulus diligens dominum, quæcumque præcepisset implere studuit, nihil ulterius percontans. Et ut dicas, audi quæ sequuntur. Postquam enim Dominus promissionem ei fecit (v. 22), et complexit sermonem suum, statim justus quæ imperata fuerunt perfecit, et signum hoc quod a Deo erat datum, indidit Ismaeli (v. 23), circumcisionem dico, et omnibus vernaculis et emptitiis, sicut loquutus est ei Deus. Circumcisus est autem et ipse. 21 *Nonaginta enim et novem annorum erat*, inquit, *quando circumcidit carnem præputii sui*; 25. *Ismael autem erat annorum tredecim*. Ne putes absque causa Scripturam proponere nobis numerum annorum: sed ut ex hoc discas justi magnam obedientiam, quod cum jam in decrepita esset ætate, leniter tulerit dolorem propter præceptum Dei, propterea facit illam enumerationem, et non ipse solum, sed et Ismael, et omnes vernaculi circumciduntur. Neque hoc parvum et leve fuerit. Non enim idem est, carissime, carnem sanam, et male habentem secare. Nam etsi medici quoque membra morbida aliquando incidunt, at non est similis dolor. Emortuum enim membrum, ut ita dicam, jam et vitali operatione destitutum tunc incidunt. Illic autem senex et decrepitus (centum enim annorum erat) cruciatum leniter tulit, simul et præceptum Dei implere volens, et filium et vernaculos omnes promptiores reddens, ut ne cunctarentur, sed magna alacritate Dei præceptum implerent. Vidisti quanta res sit vir præstans virtute, quomodo ministros omnes doceat ut sua vestigia sequantur? Nam id quod heri dicebam, hoc item et nunc dico: propter hoc fere ex illo die præceptum fuisse a Deo, ut immatura ætate hoc subirent pueri, quo absque sensu et dolore incisionem carnis ferrent.

Brevis circumcisionis cum baptismate comparatio. Licet Christianis inter gentes versari quomodo. — Verum considera Dei benignitatem, et ineffabilem ejus erga nos beneficentiam. Illa enim circumcisio dolorem habuit et laborem, et nulla alia ex circumcisione fuit utilitas, quam hæc sola, quod ex hoc signo dignosci possent, et ab aliis gentibus sequestrarentur; nostra autem circumcisio, vel baptismatis, inquam, gratia, medicinam habet citra dolorem, innumeraque bona nobis affert, Spiritus sancti gratia nos implet, et nullum definitum habet tempus sicut illic: sed licet et in prima, et in media, et in ultima ætate hanc non manufactam circumcisionem recipere, in qua non susti-

netur labor, sed peccatorum deponuntur onera, et remissio invenitur omnium peccatorum, quæ per totam vitam gesta sunt. Quippe cum benignus Deus vidit gravem nostram infirmitatem, ac nos incurabiliter ægotantes, summa indigere medicina, atque ineffabili benignitate: nostram curans salutem, largitus est nobis per lavacrum regenerationis innovationem: ut deposito homine vetere, hoc est, operibus malis, et induti novum, in via virtutis incedamus. Verum iterum oro, ne deteriores simus ingratis et insensatis Judæis. Illi enim suscipientes circumcisionis signaculum, satis sibi cavebant, ne ultra cum gentibus se miscerent, quantum ad communionem rationem pertinet: quantum autem ad impietatem, sæpe illos ingrati superabant. Nos vero cum semel suscepimus baptismi circumcisionem, caute tuteque nostra dispensemus. Non dixerim non licere nobis versari inter gentes: sed in propria nobis virtute manentes, ita cum illis commisceamur, ut ad piam eos pertrahamus religionem, ac per bonorum operum exemplum doctrinæ eis auctores simus. Ea enim de causa communis omnium Dominus permisit simul versari bonos et malos, pios et impios, ut boni lucrifaciant malos, et qui in malitia adhuc detinentur, manuducantur ad pietatem. Nihil enim adeo studiose curat Deus, ut salutem animarum. Proinde obsecro, ne curam abjiciamus neque nostri, neque aliorum. Quantum ad nos attinet, ita instituamus vitam, ut Deo placitum est: quantum autem ad proximum, sic luceamus virtutibus, ut etiam silentibus nobis, omnes quotquot nos vident satis doceantur. Nam sicut si virtute præditi simus, maxima et ipsi lucrabimur, et infidelibus usui erimus: ita si negligentes fuerimus, et ipsi magnam feremus poenam, et aliis occasio scandalii erimus. Sicut enim virtutem amplexati duplicem mercedem a Deo accipimus, tum quod ipsi virtutem exerceamus, tum quod alios ad virtutis communionem trahamus: ita si in nequitia versemur, non solum punimur quod ipsi peccavimus, sed et quod aliis scandalo fuimus. Verum absit ut aliquis eorum qui hic sunt, in hujusmodi statu versetur, sed nos omnes ad ædificandum eos qui nos vident, vitam instituamus, ut possimus magna fiducia stare apud tribunal Christi, et ineffabilia illa bona consequi: quæ nobis omnibus concedantur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri et sancto Spiritui sit gloria, honor et imperium, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XLI.

Apparuit autem Deus Abraham apud quercum Mambræ, sedente ipso ad januam tabernaculi sui meridie (Gen. 18. 1).

1. Cunctabundus hodie, nec admodum alacris ad docendum enarrandumque accedo. Nam cum mente reputo, nobis quotidie concionantibus, admonentibus, et spirituale hoc vobis convivium apponentibus, multos ex his ipsis qui adsunt, et spiritualis hujus doctrinæ, ac tremendæ terribilisque mensæ sunt parti-

cipes, totos dies in spectandis ludis equestribus perdere, et perinde atque si non doceremus, nihil proficere, sed quasi consuetudini cuiquam servientes, si tantum annuat eis diabolus, sua sponte accurrere ad impia illa spectacula, et seipos libenter maligni demonis illaqueare rebus, et neque nostram admonitionem, neque periculum ipsum, neque inutilem ipsam frequentationem doctrinæ loco eis esse posse: quò ergo posthac animo doctrinam impertiam viris ex dictis nostris nihil lucri facere cupientibus? Et ne mireris. Siquidem et agricola, cum post multos labores et ærumnas sterilem videt agrum, neque dignam laboribus mercedem reddentem, segnior ad jaciendum semen, non pari alacritate agriculturam exercet. Et medicus videns infirmum suis mandatis non obtemperare, sed vacantem quotidie iis quæ morbum augent, sæpenumero in sua illum ægritudine relinquit, ut experientia ipsa utatur magistra, ut ea quæ sibi prioriter ediscat. Similiter et qui di-ciplinas pueros docent, videntes illos priora respuere, et abjicere eorum quæ antea edocti sunt memoriam, sæpe aversantur, sic negligentiam eorum correcturi, et ad majus studium reducendi.

Sæculares labores cum spiritualibus comparantur. Non fraudatur mercede, qui auditores non flectit. — Verumtamen agricola quidem merito segnior sæpe evadit, quia videt damnum suum majus fieri, utpote qui laborem et sumptus ferat, et fructibus destituatur. Medicus autem non immerito ægrum sæpe relinquit: corpus enim est quod curatur, et propter hoc dimittit, ut doloris accessio in morbi sensum ducat, et sic tandem medicinam non respuat. Magister autem ludi, eo quod tenera sunt ætate, inutiliter nonnumquam plagis pueros castigat. Verum nos hodie cunctos illos superantes, hoc agemus ut paternum erga lapsos amorem declaremus, et doceamus, si in illa negligentia manserint, eos inde majorem condemnationis causam habituros. Nam agricola quidem non pari alacritate seminat, cogitans sumptus hactenus fuisse inutiles: nos autem ab hac cura liberi sumus. Nam licet jacto spirituali semine, ob auditorum ignaviam fructum non capiamus, perfecta nobis tamen futura merces: pecuniam enim concreditam expendimus, et mandatum Domini implevimus: cæterum posthac auditores rationem reddent ei qui concredita cum usura repetiturus est. Verum hoc nos non consideramus, nos extra damnum esse, et quod nostrum est implere: sed volumus ut et vos ex dinumeratis pecuniis multum negotiemini, ut ne obnoxii sitis supplicio quod luit ille qui talentum recondidit, et dominicam pecuniam non solum non multiplicavit, sed et ipsam in terra defodit. Tales sunt, qui doctrinæ sermones audiunt (talentum enim hoc vocat et pecuniam), neque operam dant ut fructum afferant et multum negotientur. Sed forte dixerit quispiam, parabolam istam talentorum de doctores esse dictam. Id ego quoque fateor. Verum si diligenter eam scrutemini, scietis doctorum quidem officium esse, dinumerare pecuniam: sed vos non solum depositam

custodire, sed etiam negotiari debetis. Quod ut discas, operæ pretium fuerit eam in medium afferre. *Paterfamilias quidam, inquit, peregre proficiscens, vocavit servos suos, et dedit uni quidem talenta quinque, alii autem duo, alii vero unum. Post multum autem tempus, cum advenisset ipse, venerunt servi: et ille quidem qui acceperat quinque talenta, accessit dicens: Domine, quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque talenta superlucratus sum (Matth. 25. 14. 15. 19. 20).* Magna servi gratia et probitas, larga etiam domini benignitas. Et quid dicit? *Euge, serve bone et fidelis, super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: ingredi in gaudium domini tui (Matth. 25. 21).* Quoniam, inquit, in iis quæ tibi credita sunt, gratum præ te tulisti animum, dignus es cui et majora tradantur. *Accessit autem et qui duo talenta acceperat, dicens: Nonne duo talenta mihi tradidisti? Ecce alia duo lucratus sum in super (Ibid. v. 22).* Magna hujus quoque circa pecunias domini sui cura et sollicitudo; unde et eadem quæ superior meritis est. Et quare ille qui duo attulit talenta, eundem consequitur honorem, quem ille qui talenta quinque attulerat? Merito: accretionem enim et imminutionem non vel hujus diligentia, vel illius negligentia fecit, sed concreditorum modus. Nam quod ad diligentiam attinet, ambo pares fuerunt; proinde et eandem remunerationem nacti sunt.

2. Verum alius ille nihil tale fecerat: sed quid? *Accessit, dicens: Cognovi te, quod austerus homo sis, metens ubi non seminasti, et congregans ubi non sparsisti: et metuens abii et occultavi talentum in terra. Ecce habes quod tuum est (Ibid. v. 24. 25).* O malitiam famuli! o summam improbitatem! non solum nihil negotiatus est ex talento sibi credito, sed et pro talento accusationem attulit. Ita enim solet malitia; obtenebrat rationem et eum qui seniel a recta via est aversus, in præcipitia conjicit. Hæc autem omnia de magistris dicta sunt, ut talenta sibi concredita non abscondant, sed omni diligentia discere cupientibus apponant. Verum deinceps audi, dilecte, ex indignatione erga illum, quomodo etiam auditores rei evadant, et non solum illa repetantur quæ concredita sunt, sed et cum usura exactionem patiantur. Quid igitur dicit illi dominus? *Serve nequam (Ibid. v. 26).* Terribilis indignatio, et minæ valentes per se percellere animum. *Sciebas, inquit, quod metam ubi non seminavi, et congregem ubi non dispersi: oportebat igitur te pecuniam meam dinumerare mensariis, et ego cum venissem, cum favore repetissem illam.* Pecuniam vocat eloquia pretiosa, nummularios autem vos qui suscipitis. Tuum quidem fuerat, ait, tantum dinumerare, meum autem repetere ab illis, non solum dinumerata, sed et usuram. Videtis, dilecti, quantum in dictis terror. Quid ergo dicent, qui concredita servare negligunt, quando etiam usura ab eis requiritur?

Usura cur prohibita. — Et vide humanitatem Domini. In his sensibilibus pecuniis prohibuit ne quis usuram acciperet. Quare, et ob quam causam? Quia

κτής και φοβεράς τραπέζης, ἐπὶ τὰς ἰσποδρομίας διημερεύουσι, καὶ οὐδὲν αὐτοῖς πλέον ἀπὸ τῆς ἡμετέρας γεγένηται σπουδῆς, ἀλλὰ καθάπερ συνηθεία τινὶ [411] δουλεύοντες, ἐπειδὴν νύσση μόνον ὁ διάβολος, αὐτόματοι σπεύδουσιν ἐπὶ τὰ παράνομα ἐκείνα θέατρα, καὶ ἑαυτοὺς ἰκόντες τοῖς δικτύοις ὑποβάλλουσι τοῦ πονηροῦ δαίμονος, καὶ οὕτως ἡμετέρα νοθεσία, οὕτως ἡ πείρα αὐτῆ, καὶ τὸ ἀνόνητον τῆς ἐκεῖ διατριβῆς, διδασκαλίας αὐτοῖς ὑπόθεσις γέγονε· ποῖα λοιπὸν προθυμία τὰ τῆς διδασκαλίας ποιήσαιμι πρὸς ἄνδρας οὐδὲν κερδαίνειν βουλομένους ἐκ τῶν παρ' ἡμῶν λεγομένων; Καὶ μὴ θαυμάσης. Ἐπεὶ καὶ γηπόνος, ἐπειδὴν ἴσῃ μετὰ πόνους πολλοῦς καὶ ταλαιπωρίας ἄγονον γινομένην τὴν γῆν, καὶ οὐκ ἀξίαν τῶν πόνων τὴν ἀμοιβὴν παρεχομένην, ὀκνηρότερος γίνεται περὶ τὴν τῶν σπερμάτων καταβολὴν, καὶ οὐκ ἔτι μετὰ τῆς αὐτῆς προθυμίας τῆς γεωργίας καθάπτεται. Καὶ ἱατρὸς; δὲ ἐπειδὴν ἴσῃ τὸν ἄρρώστον μὴ πειθόμενον αὐτοῦ τοῖς ἐπιτάγμασι, ἀλλὰ τὴν νόσον αἰεῖν καθ' ἑκάστην ἐπιτηθεύοντα, πολλάκις ἀφίρσιν ἐναπομείναι τῇ νόσῳ, ἵνα αὐτῆ ἡ πείρα διδάσκαλος αὐτῷ γένηται τῶν συμπερόντων. Καὶ οἱ τὰ μαθήματα δὲ τοὺς παῖδας ἐκπαιδεύοντας, ἐπειδὴν ἴδωσι τὰ πρότερα ἀποπύοντας, καὶ τὴν μνήμην τῶν ἡδὴ δοθέντων ἀποβάλλοντας, πολλάκις ἀποστρέφονται τὴν ἰατρονομίαν διανοούμενοι, καὶ πρὸς σπουδὴν πλείονα ἐπανάγοντας. Ἄλλ' ὁ μὲν γηπόνος εἰκότως ὀκνηρότερος γίνεται πολλάκις, ἐπειδὴ οἶδεν ὅτι τὰ τῆς ζῆμίας αὐτῷ ἐπιτείνονται, ὅταν τὸν μὲν πόνον καὶ τὴν δαπάνην ὑπομένη, τῶν δὲ καρπῶν ἀποστερηῆται. Καὶ ὁ ἱατρὸς δὲ οὐκ ἀπεικότως καταλείπει πολλάκις τὸν ἄρρώστον· σῶμα γάρ ἐστι τὸ θεραπεύμενον, καὶ διὰ τοῦτο ἀφίρσιν, ἵνα ἡ τῆς ὀδύνης ἐπίτασις παρασκευασθῆ εἰς αἰσθησὶν τῆς νόσου ἐλθεῖν καὶ οὕτω τὴν ἱατρονομίαν καταδέξασθαι. Καὶ ὁ τῶν παιδῶν διδάσκαλος διὰ τὸ ἀτελεῖς τῆς ἡλικίας συμπερόντως πολλάκις τὰς πληγὰς ἐπανατείνεται τοῖς παισίν. Ἄλλ' ἡμεῖς σήμερον τοὺτους ἄπαντας ὑπερβαλλόμενοι, παρασκευαζόμεθα πατρικὴν φιλοστοργίαν περὶ τοὺς ἐπταικότας ἐπιδείξασθαι, καὶ διδάξαι αὐτοὺς ὅτι, εἰ ἐπιμένειεν ἐν τῇ αὐτῇ ῥαθυμίᾳ, τοῦτο αὐτὸ μείζονος αὐτοῖς κατακρίσεως ὑπόθεσις ἔσται. Ὁ μὲν γὰρ γηπόνος οὐ μετὰ τῆς αὐτῆς προθυμίας καταβάλλει τὰ σπέρματα, τὴν δαπάνην ἐνοῶν εἰκῆ καὶ μάτην ἡδὴ γεγεννημένην· ἡμεῖς δὲ ταύτης ἀπηλλάγμεθα τῆς ἀγωνίας. Κἀν γὰρ καταβαλόντες τὸν σπόρον τοῦτον τὸν πνευματικόν, διὰ τὴν ῥαθυμίαν τῶν ἀκουόντων τὸν καρπὸν μὴ δεχόμεθα, ἡμῖν ἀπρητισμένοι ὁ μισθὸς ἔσται· τὸ γὰρ ἐμπιστευθὲν ἀργύριον κατεβάλομεν, καὶ τὸ ἐπιταχθὲν παρὰ τοῦ δεσπότης εἰς ἔργον ἠγάγομεν· λοιπὸν τοῖς ἀκηκόσιν ὁ λόγος πρὸς ἐκείνους ἔστι τὸν μέλλοντα μετὰ τόκου ἀπαιτεῖν τὰ καταβληθέντα. Ἄλλ' οὐ τοῦτο σκοποῦμεν, ὅτι ἡμεῖς ἐκτός ἔμεν τῆς ζῆμίας, καὶ τὸ ἑαυτῶν πεπαιχτοίκαμεν, ἀλλὰ βουλόμεθα καὶ ὁμᾶς πολλῶν τῶν καταβληθέντων τὴν πραγματείαν ποιήσασθαι, ἵνα μὴ τῇ τιμωρίᾳ ἐκείνῃ ὑπεύθυνοι γένησθε, ἣν ὑπέμεινεν ἐκείνος ὁ τὸ τάλαντον καταχάσας, καὶ τὸ δεσποτικόν ἀργύριον οὐ μόνον οὐ πολυπλασιάσας, [419] ἀλλὰ καὶ κατορύξας. Τοιοῦτοι εἰσὶν οἱ τὸν λόγον τῆς διδασκαλίας δεγόμενοι (τάλαντον γάρ καὶ ἀργύριον τοῦτο καλεῖται), καὶ οὐ σπουδάζοντες καρποφορῆσαι, καὶ πολλὴν τὴν πραγματείαν ποιήσασθαι. Ἄλλ' ἴσως εἴποι τις ἄν, τὴν παραβολὴν ταύτην τὴν τῶν τάλαντων περὶ τῶν διδασκάλων εἰρηθεῖν. Κἀγὼ τοῦτο φημι. Ἄλλ' ἔδαν ἐπέλωμεν αὐτῇ ἀκριβῶς, εἰσεσθε ὅτι οἱ μὲν διδά-

^ε Savil. et tres mss. πολλάκις ἐπιτηθεύουσι τὴν.

σκαλοὶ τῆς καταβολῆς μόνον ὑπεύθυνοι τυγχάνουσιν, ὑμεῖς δὲ οὐ μόνον τῆς φυλακῆς τῶν καταβληθέντων, ἀλλὰ καὶ τῆς πραγματείας. Καὶ ἵνα μάθης, ἀναγκαῖον αὐτῇ εἰς μέσον ἀγαγεῖν. *Ολοδοσπότης τις*, φησὶν, *ἀποδημιῶν ἐκάλεισε τοὺς ἰδίους δούλους, καὶ ἔδωκεν ᾧ μὲν πέντε τάλαντα, ᾧ δὲ δύο, ᾧ δὲ ἓν. Μετὰ δὲ χρόνον παρηγορημένου αὐτοῦ ἦλθον οἱ δούλοι· καὶ ὁ τὰ πέντε τάλαντα λαβὼν προσῆλθε λέγων· Κύριε, πέντε τάλαντά μοι ἔδωκας, ἴδε ἄλλα πέντε τάλαντα ἐκέρδησα ἐπ' αὐτοῖς. Πολλὴ τοῦ οἰκέτου ἡ εὐγνωμοσύνη, θαυμάσιος ἡ τοῦ δεσπότη τοῦ φιλανθρωπίου. Τί γάρ φησιν; Ἐδ, δοῦλε ἀγαθὸ καὶ πιστὸ· ἐπὶ ὀλίγα ἤς πιστὸς, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω· εἰσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ κυρίου σου. Ἐπειδὴ, φησὶ, πολλὴν ἔδειξας ἐν τοῖς ἡδὴ πιστευθεῖσι τὴν εὐγνωμοσύνην, ἄξιός εἰ καὶ πλείονα ἐγχειρισθῆναι. Προσῆλθε δὲ καὶ ὁ τὰ δύο τάλαντα εἰλησῶς, λέγων· Οὐχὶ δύο τάλαντα μοι παρέδωκας; ἴδε ἄλλα δύο τάλαντα ἐκέρδησα ἐπ' αὐτοῖς. Πολλὴ καὶ τούτου ἡ περὶ τὰ δεσποτικὰ χρήματα εὐνοία, διὸ καὶ τῶν αὐτῶν ἀξιοῦται τῷ προτέρῳ. Καὶ τίνος ἕνεκεν δύο προσνεγκῶν τάλαντα τῆς αὐτῆς ἐκείνῳ τῷ τὰ πέντε προσαγαγόντι ἀξιοῦται τιμῆς; Εἰκότως· τὸν μὲν γὰρ πλεονασμὸν καὶ τὴν ἐλθόντων οὐχ ἡ τοῦτο σπουδῆ, οὐδὲ ἡ ἐκείνου ῥαθυμία πεποίηκεν, ἀλλ' ἡ τῶν ἐμπιστευθέντων ποσότης. Τὰ μέντοι τῆς σπουδῆς ἴσα καὶ παρὰ τοῦτο, καὶ παρ' ἐκείνου εἰσηνέχεται· διὰ τοῦτο καὶ τῆς ἀμοιβῆς τῆς αὐτῆς ἀπέλαυσαν.*

β'. Ἄλλ' ὁ ἕτερος οὐδὲν τοιοῦτον διεπράξατο· ἀλλὰ τί; Προσῆλθε λέγων· Ἐγγων σε, ὅτι σκληρὸς εἶ ἄνθρωπος, θερίζων ὄκον οὐκ ἐσπειρας, καὶ συνάγων ὄκον οὐ διεσκορπίσας· καὶ φοβηθεὶς, ἀπελθὼν ἔκρυψα τὸ τάλαντον ἐν τῇ γῇ. Ἴδου ἔχεις τὸ σόν. Ὡ κακία οἰκέτου! Ὡ ἀγνωμοσύνης ὑπερβολή, οὐ μόνον ὅτι οὐδὲν εἰργάσατο ἐπὶ τῷ δοθέντι αὐτῷ τάλαντῳ, ἀλλ' ὅτι καὶ ἀντὶ τάλαντου κατηγορίαν προσήνεγκε! Τοιοῦτον γὰρ ἡ πονηρία· σκοπεῖ τὸν λογισμὸν, καὶ κατὰ κερμύνου ποιεῖ φέρεσθαι τὸν ἅπαξ τῆς εὐθείας ἐκτραπέντα ὄδῳ. Ταῦτα δὲ πάντα περὶ τῶν διδασκάλων εἰρηται, ὥστε μὴ ἀποκρύπτεσθαι τὰ ἐμπιστευθέντα, ἀλλὰ μετὰ πάσης σπουδῆς παρατιθέναι τοῖς μαθητευομένοις. Ἄλλ' ἀκουε λοιπὸν, ἀγαπητὲ, ἐκ τῆς πρὸς ἐκείνους ἀγανακτικῆς, ὅπως καὶ οἱ μαθητευόμενοι ὑπεύθυνοι γίνονται, καὶ οὐκ ἐκεῖνα μόνον ἀπαιτοῦνται τὰ καταβληθέντα, ἀλλὰ καὶ μετὰ τοῦ τόκου τὴν μέθοδον ὑπομένουσι. Τί οὖν φησὶ πρὸς αὐτὸν ὁ δεσπότης; [413] *Ποιηρὸς δούλε*. Φοβερὰ ἡ ἀγανακτικῆς, ἰκανὴ κατακλήξαι ἡ ἀπειλή. Εἰ ἡδεις, φησὶν, ὅτι θερίζω ὄκον οὐκ ἐσπειρα, καὶ συνάγω ὄκον οὐ διεσκορπίσα, ἔδοξε σε καταβαλεῖν τὸ ἀργύριόν μου ἐπὶ τοὺς τραπέζιτας, καὶ ἐγὼ ἐλθὼν μετὰ τόκου ἀπήτησα ἄν αὐτό· ἀργύριον λέγων τὰ λόγια τὰ τίμια, τραπέζιτας δὲ ὁμᾶς καλῶν τοὺς ὑποδεχομένους. Σὸν μὲν ἦν, φησὶ, καταβαλεῖν μόνον, ἐμὸν δὲ ἦν τὸ παρ' ἐκείνου ἀπαιτῆσαι, μὴ μόνον τὰ καταβληθέντα, ἀλλὰ καὶ τὸν ὑπὲρ τούτων τόκον. Ὅρατε, ἀγαπητοί, πῶς πολὺς ὁ φόβος τῶν εἰρημένων. Τί ἄν οὖν εἴποιεν οἱ καὶ τῆς φυλακῆς τῶν καταβληθέντων ἀμελοῦντες, ὅταν καὶ τὸν ὑπὲρ τούτων τόκον μεθοδεύονται;

Καὶ ὄρα φιλανθρωπίαν δεσπότης. Ἐπὶ μὲν τῶν χρημάτων τῶν αἰσθητῶν ἀπηγόρευσε τὸν τόκον λαμβάνειν. Τίνος ἕνεκεν, καὶ διὰ τί; Ὅτι ἐκότερος αὐτῶν πολλῶν ἐντεῦθεν ὑπομένει τὴν βλάβην. Τοῦ μὲν γὰρ

ἡ πενία ἐπιτρέβεται, ὁ δὲ μετὰ τοῦ πλεονασμοῦ τῶν χρημάτων καὶ ἀμαρτημάτων πλῆθος ἑαυτῷ ἐπισωρεύει. Διὰ τοῦτο ἐξ ἀρχῆς καὶ ἐκ προοιμίων Ἰουδαίους τοῖς παύτερον διακειμένους ταύτην τὴν ἐντολὴν ἐνομοθέτησε λέγων· *Ὁὐκ ἐκτοκιεῖς τῷ ἀδελφῷ σου καὶ τῷ πλησίον σου*. Ποῖας οὖν ἂν εἴεν ἀπολογίας θεῖοι οἱ καὶ τῶν Ἰουδαίων ὠμότεροι γινόμενοι, καὶ μετὰ τὴν χάριν καὶ τὴν τοσαύτην παρὰ τοῦ Δεσπότητος φιλανθρωπίας τῶν ἐν τῷ νόμῳ ἐλάττους εὐρισκόμενοι, μᾶλλον δὲ καὶ χεῖρους; Ἐπὶ μέντοι τῶν πνευματικῶν αὐτὸς ἀπαιτεῖν ὑπασχεῖται τοὺς τόκους. Διὰ τί; Ἐπειδὴ ἀπ' ἐναντίας τοῖς αἰσθητοῖς χρήμασιν οὗτός ἐστιν ὁ τόκος ὁ πνευματικός. Ἐκεῖ μὲν γὰρ ὁ μεθοδευθεὶς εἰς ἐσχάτην πενίαν ἀθρόον καταφέρεται· ἐνταῦθα δὲ ὁ μεθοδευόμενος, ὅταν πολλὴν εὐγνωμοσύνην ἐπιδείξῃται, ὅσῳ ἂν πλεονα τόκον εἰσενέγκῃ, τοσοῦτ' ἀφιλοστερέας ἀπολαύει τῆς ἀνωθεν ἀμοιβῆς. Ἐκαστος τοίνυν ὑμῶν, ἀγαπητοί, ἐπειδὴν καταβάλλωμεν ἡμεῖς τὰ ἐμπιστευθέντα, διπλοῦν ὀφείλει τὸν πόνον καὶ τὴν ἀγρυπνίαν ἐπιδείκνυσθαι, τὸν μὲν τῆς φυλακῆς τῶν καταδελθόντων, ὥστε πάγια ταῦτα μένειν· τὸν δὲ τῆς ἐργασίας, ὥστε καὶ ἐτέροις μεταδίδοναι, καὶ πολλοὺς ἐπὶ τῆς ἀρετῆς ὁδῶν χειραγωγεῖν, ἵνα διπλῆ πάλιν ὑμῖν τὸ κέρδος αὐξήται, ὑπὲρ τε τῆς οἰκειᾶς σωτηρίας, ὑπὲρ τε τῆς τῶν ἄλλων ὠφελείας. Ἐὰν γὰρ τοῦτο ποιῆτε, καὶ ἡμᾶς μακαρίους ἀπεργάσεσθε (*Μακάριος γὰρ, φησὶν, ὁ λέγων εἰς ὅσα ἀκουόντων*), καὶ παρασκευάσετε ἀφιλοστερέαν ὑμῖν παρατιθέναι τὴν πνευματικὴν ταύτην τράπεζαν. Μὴ τοίνυν ἀμελεῖτε τῶν ἀδελφῶν τῶν ὑμετέρων, μηδὲ τὰ καθ' ἑαυτοὺς μόνον σκοπεῖτε, ἀλλ' ἕκαστος σπουδαζέτω τὸν πλησίον ἐξαρπάξιν τῆς τοῦ διαβόλου φάρυγγος, καὶ τῶν παρανόμων ἐκείνων θεαμάτων, καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἐπαναγαγεῖν, δεικνύντες αὐτῷ ἢ μετὰ πολλῆς τῆς ἐπιεικειᾶς καὶ τῆς πραότητος, καὶ τῆς λύμης τὴν ὑπερβολὴν καὶ τῶν ἐνταῦθα ἀγαθῶν τὸ μέγεθος· καὶ μὴ [414] μόνον ἀπαξ καὶ δεῦτερον τοῦτο ποιεῖτε, ἀλλὰ καὶ διηνεκῶς. Κἂν γὰρ σήμερον μὴ πειθῆται τοῖς παρὰ σοῦ λεγομένοις, τῇ ἐξῆς πεισθήσεται· κἂν μὴ τῇ ἐξῆς, πάλιν ὀρῶν σε ἐπιχειμένον, ἴσως ἐντραπήσεται, καὶ αἰδεσθεὶς σου τὴν κηδεμονίαν, ἀποστήσεται τῶν βλαπτόντων. Καὶ μηδέποτε λέγε, ὅτι Καὶ ἀπαξ, καὶ δεῦτερον, καὶ τρίτον, καὶ πολλάκις εἶπον, καὶ οὐδὲν ἦνυσσα. Μὴ παύση λέγων· ὅσῳ γὰρ ἂν ἐπιμένῃς, τοσοῦτ' σου καὶ ὁ μισθὸς αὐξεται. Οὐχ ὅρατε πόσης ἀπολαύομεν μακροθυμίας παρὰ τοῦ τῶν ὄλων Θεοῦ, καὶ πῶς καθ' ἕκαστην ἡμέραν παρακούομεν αὐτοῦ τῶν προσταγμάτων, καὶ οὐκ ἀφίσταται τῆς περὶ ἡμᾶς κηδεμονίας, ἀλλὰ καὶ τὰ παρ' αὐτοῦ πάντα χορηγεῖ, τὸν ἥλιον ἀνατέλλων, τοὺς ὑετοὺς διδούς, τὰ ἄλλα πάντα; Τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἡμεῖς περὶ τοὺς ἀδελφοὺς τοὺς ἡμετέρους πολλὴν ποιούμεθα τὴν σπουδὴν, καὶ ἀντιταττόμεθα τῷ πονηρῷ δαίμονι ἐκείνῳ, ἵνα ἄκυρα αὐτοῦ ποιῶμεν τὰ μηχανήματα. Ἐὰν γὰρ ἕκαστος τῶν ἐνταῦθα συνιόντων ἕνα κερδᾶναι δυνηθῇ, ἐνόησον ὅπως ἡμῖν καὶ ἡ Ἐκκλησία ἐπὶ τῷ πληθί τῶν οἰκειῶν τέκνων πολλὴν δίδεται τὴν εὐφροσύνην, καὶ ὁ διάβολος καταισχυρόνθεται ὀρῶν εἰκῆ καὶ μάτην αὐτοῦ τὰ δίκτυα τεταμένα. Ἐὰν γὰρ τοῦτο ποιῆτε, ἀκούσεσθε καὶ ἡμεῖς κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην· *Εὐ, δοῦλας ἀγαθῆ καὶ πιστῆ, ἐπὶ ὀλίγῳ ἤς πιστός, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω*.

γ'. Ἄλλ' ὅτι μὲν τοῦτο ποιήσετε, σφόδρα πέπεισμαι· ὀρῶ γὰρ ὑμῶν καὶ τὰ πρόσωπα, καὶ σπυράζομαι ὅπως μεθ'

• Savil. et sex mss. δεικνύντα αὐτῷ.

ἠδονῆς ἐδέξασθε τὴν παρ' ἡμῶν νοουθεσίαν, καὶ διὰ τοῦτο ἐπίλιζω καὶ τὰ παρ' ὑμῶν εἰσενεχθήσεσθαι. Διὰ τὴν μὲν περὶ τοῦτο παραίνεσιν ἐνταῦθα στήσωμεν· παραθήσωμεν δὲ ὑμῖν τὴν πτωχὴν ἡμῶν καὶ εὐτελῆ τράπεζαν, ἵνα τῆς συνήθους ἀπολαύσαντες διδασκαλίᾳ οὕτως οἴκαδε ἐπανέλθητε. Ἀναγκαῖον γὰρ καὶ σήμερον τὸν πατριάρχην Ἀβραάμ εἰς μέσον ἀγαγεῖν, ἵνα μάθητε οἱαὶ εἰδέξατο τῆς φιλοξενίας παρὰ τοῦ Θεοῦ τὰς ἀμοιβάς. *Ἔφθη δὲ αὐτῷ, φησὶν, ὁ Θεὸς πρὸς τῇ θυρῷ τῇ Μαμβρῆ, καθήμενον αὐτοῦ ἐπὶ τῆς θύρας τῆς σκηνῆς αὐτοῦ μεσημβρίας*. Ἐκαστον τῶν ῥημάτων μετὰ ἀκριβείας ἐξετάσωμεν, καὶ ἀναπτύξωμεν τὸν θησαυρὸν, καὶ ἅπαντα τὸν ἐναποκείμενον πλοῦτον καταμάθωμεν. *Ἔφθη δὲ αὐτῷ, φησὶν, ὁ Θεός· Τίνος ἔνεκεν οὕτως ἤρξατο, Ἔφθη δὲ αὐτῷ ὁ Θεός;* Ὅρα Δεσπότητος φιλανθρωπίας, καὶ σκόπει μοι οἰκίους αὐτῶν εὐγνωμοσύνην. Ἐπειδὴ γὰρ ἐν τοῖς προλαβοῦσιν ὀφθεις εὐγνώμων μετὰ τῶν ἄλλων ἀπάντων καὶ τὴν περὶ τῆς περιτομῆς αὐτῷ ἐντολὴν διετάξατο, ὁ δὲ θαυμαστός οὗτος αἰεὶ τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ κελεύόμενα εἰς ἔργον σπεύδων ἄγειν, εὐθὺς οὐδὲ τὸ τυχὸν ἀναβαλλόμενος αὐτὸς τε περιτέμνεται, τὸ παρὰ τοῦ Θεοῦ προστάθην πληρῶν, καὶ τὸν Ἰσραὴλ περιέτεμε, καὶ τοὺς οἰκογενεῖς ἅπαντας, καὶ ἔδειξεν αὐτοῦ τὴν πολλὴν ὑπακοήν, πάλιν αὐτῷ ἐπιφαίνεται. Τοιοῦτος γὰρ ὁ Δεσπότης ὁ ἡμέτερος· ἐπειδὴν τοῖς ἤσθ φθάσασιν εὐγνώμονας γενομένους ἴσθ, ἐπιδαψιλεύεται καὶ οὐδέποτε ἴσταται τῆς εὐεργεσίας, ἀμειβόμενος τὴν τῶν ὑπακούοντων εὐγνωμοσύνην. Διὰ τοῦτο οὖν, ἐπειδὴ ὑπήκουσε, [415] φησὶ, πάλιν ὠφθῆ αὐτῷ. Ταύτης τοίνυν ἔνεκα τῆς αἰτίας οὕτως ἔρξατο ὁ μακάριος Μωϋσῆς λέγων· *Ἔφθη δὲ αὐτῷ ὁ Θεὸς πρὸς τῇ θυρῷ τῇ Μαμβρῆ, καθήμενον αὐτοῦ ἐπὶ τῆς θύρας τῆς σκηνῆς αὐτοῦ μεσημβρίας*. Σκόπει μοι ἐνταῦθα τοῦ δικαίου τὴν ἀρετὴν. *Καθήμενον, φησὶν, ἐπὶ τῆς σκηνῆς*. Οὕτως ἔργον ἐποιεῖτο τὴν φιλοξενίαν, ὡς μηδὲ ἀνασχέσθαι ἐτέρῳ τινὶ τῶν προσηκόντων ἐπιτρέψαι τὴν τούτων θήραν· ἀλλὰ τριακοσίους δέκα καὶ ὀκτώ οἰκογενεῖς ἔχων, ἀνθρώπος πρεσβύτης, καὶ εἰς βαθὺ γῆρας ἐλάσας (ἐκατονταετής γὰρ ἐτύγχανε), παρὰ τὴν θύραν ἐκαθέζετο. Καὶ οὕτως μὲν τοῦτο ἔργον ἐποιεῖτο, καὶ οὐδὲ τὸ γῆρας αὐτῷ κώλυμα ἐγένετο, οὐδὲ τῆς οἰκειᾶς ἀναπαύσεως ἦν, οὐδὲ ἔσω ἐπὶ τῆς κλίνης ἦν ἀνακείμενος, ἀλλὰ παρὰ τὴν θύραν ἐκαθέζετο· ἔτεροι δὲ πολλάκις οὐ μόνον ταυτὴν οὐ ποιοῦνται τὴν σπουδὴν, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐναντίον, καὶ ἐκκλινεῖν ἐπιχειροῦσι τῶν ἐπιδημούντων τὰς συντυχίας, ὡς ἂν μὴ καὶ ἄκοντες ἀναγκασθεῖεν ὑποδέξασθαι. Ἄλλ' οὐχ ὁ δίκαιος οὕτως, ἀλλὰ παρὰ τὴν θύραν τῆς σκηνῆς ἐκαθέζετο μεσημβρίας. Τοῦτο γὰρ ἡ πολλὴ τῆς φιλοξενίας ἐπίτασις, καὶ τῆς ἀρετῆς τοῦ δικαίου ἡ ὑπερβολή. ὅτι καὶ ἐν μεσημβρίᾳ τοῦτο διεπράττετο. Εἰκότως· ἐπειδὴ γὰρ ἦδει τοὺς ὀδοιπορεῖν ἀναγκαζομένους κατ' ἐκείνον τὸν καιρὸν μάλιστα δεομένους πολλῆς τῆς θεραπείας, διὰ τοῦτο ὡς ἐπιτήδειον καιρὸν τοῦτον ἐξελέγετο, καὶ καθήμενος· ἐθήρα τοὺς παριόντας, οἰκειᾶν ἀνάπαυσιν κρίνων τὴν τῶν ὀδῶν θεραπείαν, καὶ τοὺς ὀπὸ τοῦ καύσωνος φλεγόμενους ὑπὸ τῆς σκέπης εἰσάγειν ἐσπούδαζεν, οὐ περιεργάζετο τοὺς παριόντας, οὐδὲ ἐξετάζων εἰ γνώριμοι, ἢ ἀγνωστοὶ εἴεν. Οὐ φιλοξενίας γὰρ τὸ τὰ τοιαῦτα περιεργάζεσθαι, ἀλλὰ τὸ πᾶσι τοῖς παριοῦσι τῆς οἰκειᾶς μεταδίδοναι φιλοφροσύνης. Καὶ ἐπειδὴ ἠπλωσε τῆς φιλοξενίας τὴν σαγήνην, κατηξιώθη καὶ τὸν τῶν ὄλων Δεσπότην ὑποδέξασθαι μετὰ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ. Διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος ἔλεγεν· *Τῆς φιλοξενίας μὴ ἐπιλανθάνεσθε· διὰ ταύτης γὰρ ἐλαβόν τινες ξενιούντες ἀγγέλους*· τὸν πατριάρχην πάντως αἰνιττόμενος. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς ἔλεγεν· *Ὅς ἂν δέξῃται ἕνα τούτων τῶν ἐλαχίστων*

uterque magno damno afficitur. Nam debitor quidem inopia atteritur, creditor autem augens divitias, peccatorum accumulatur sibi multitudinem. Proinde ab initio olim Judæis crassioribus tale dedit præceptum, dicens: *Non fœneraberis fratri tuo et proximo tuo (Deut. 23. 19)*. Qua igitur excusatione digni erunt qui Judæis sunt inhumaniores, et post gratiam et tantam a Domino benignitatem inveniuntur iis qui sub lege fuerunt inferiores, imò peiores? In spiritualibus enim repetiturum se promittit usuras. Quare? Quia contrario prorsus modo se habent spiritualis usura, et sensibilis. Illic enim is a quo requiritur severe, subito in extremam inopiam defertur: hic autem is a quo exigitur, quando gratum animum præse tulerit, quanto majorem usuram afferet, tanto largiori fruetur cœlesti remuneratione. Quocirca, dilecti, cum vobis concredita dinumeraverimus, vobis necessarium erit duplicem asserre laborem et vigilantiam, tum quod dinumerata custodienda sunt, ut fixa maneant: tum quod operandum ut et aliis communicentur, et multos in viam virtutis inducant: ut bifariam vobis lucrum accrescat, tum pro salute vestra, tum pro aliorum utilitate. Quod si hoc feceritis, et nos reddetis beatos: *Beatus enim, inquit, qui dicit in aures audientium (Eccli. 25. 12)*: et facietis ut largior vobis hæc spiritualis apponatur mensura. Igitur fratres vestros nolite negligere, neque solum spectate quæ ad vos attinent: sed unicuique cura sit quomodo proximum suum e diaboli faucibus eripiat, et ab impiis illis spectaculis in ecclesiam adducat, monstrando ei multa lenitate et mansuetudine tum damni quod illinc fert gravitatem, tum bonorum quæ hic conceduntur magnitudinem: et non solum semel atque iterum hoc facite, sed semper. Nam etsi hodie verbis tuis non obtemperat, postea obtemperabit: et si neque secundo admonenti obtemperabit, iterum tamen te videns urgentem, forte erubescet, et reveritus tuam curam, a perniciosis illis abstinabit. Et nunquam dicas: Semel, et iterum, et tertio et sæpius monui, et nihil profeci. Ne monere desinas: nam quanto magis tu perseveraveris, tanto magis et merces tibi crescat. Non videtis quanta omnium Deus nos patientia tolerat, et quomodo quotidie negligimus obtemperare ejus mandatis, et neque sic cessat a cura nostra, sed omnia sua suppeditat, solem oriri curat, pluvias concedit, aliaque omnia? Simili modo et nos erga fratres nostros bene affecti, magna utamur diligentia, et obluemur maligno illi dæmoni, ut irritos ejus faciamus conatus. Nam si singuli qui adsunt, unum lucrifacere possent, cogita quantam nobis lætitiâ Ecclesia multitudine filiorum suorum ostenderet: et diabolus confunderetur, videns in vanum et frustra extendi sua retia. Quod si hoc feceritis, audietis et vos in die illo: *Euge, serve bone et fidelis, in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam.*

3. Cæterum bona spe sumi vos hoc facturos: video enim vultus vestros, et conjecturam sumo vos admonitionem nostram magna voluptate accepisse, atque

hinc spero vos, quod vestrum fuerit, facturos. Proinde hanc admonitionem hic finiamus: proponamus autem vobis tenuem nostram ac pauperem mensam, ut cum solitam acceperitis doctrinam, domum concedatis. Operæ pretium enim fuerit et hodie in medium asserre patriarcham Abraham, ut discatis quantam ab hospitalitate mercedem acceperit. 1 (*Caput 18*). *Apparuit ei autem Deus, inquit, apud quercum Mambre, sedente ipso ad januam tabernaculi sui meridie*. Singula verba diligenter excutiamus, et aperto thesauro, omnes in eo latentes divitias discamus. Quare sic exorsus est, *Apparuit autem ei Deus?* Specta Domini benignitatem, et considera famuli gratum animum. Postquam enim superius apparuit ei, et præter cætera etiam circumcisionis mandatum præcepit: eximius autem iste vir semper quæ a Deo præcepta erant diligenter perficere, rejecta omni mora, curavit: et circumciscus est ipse, implens mandatum Dei, et Ismaelem circumcidit, et vernaculos omnes, et in summa miram declaravit obedientiam: iterum ei apparet. Talis enim est Dominus noster, ut si quando viderit nos in prioribus gratos, accumularet beneficia, et nunquam a sua beneficentia desistat, remunerans obedientiam gratum obsequium. Propter hoc igitur, quia obediit, iterum apparuit ei. Qua de causa sic orsus est beatus Moses: *Apparuit autem ei Deus apud quercum Mambre, sedente eo ad januam tabernaculi sui meridie*. Considera, oro, hic virtutem justii. *Sedente, inquit, ad fores tabernaculi sui*. Tanto opere curabat hospitalitatem, ut nollet hospitum venationem cuiquam familiarium committere: sed trecentos decem et octo habens vernaculos, homo senex et nunc decrepitæ ætatis (centenarius enim erat), apud januam sedebat. Et hic quidem hoc summo studio curabat, et neque senectus illi obstaculo erat, neque suæ quietis cura, neque intus super lectum recumbebat, sed ad ostium sedebat: alii autem sæpe non solum tantum studium non adhibent, sed et plane diversum, et horum congressus fugiunt et evitant, ut ne inviti cogantur excipere. Verum non justus ille ita agebat, sed sedebat ad januam meridie. Hinc enim major hospitalitas et virtus ejus ducitur, quod in meridie hoc faceret. Et merito quidem: quia enim sciebat, eos, qui peregrinare coguntur, eo maxime tempore indigere cura, tempus hoc idoneum eligebat, et sedens eos qui præteribant venabatur, quietem sibi ducens ministrare viatoribus: et eos qui calore aestuabant, sub tectum introducere studebat, non curiose explorans eos qui præteribant, neque requirens an noti, vel ignoti essent. Neque enim hospitalitatis fuerit diligenter singula perscrutari, sed omnibus simpliciter suam communicare benignitatem, et quia hospitalitatis sagenam expanderat, meruit et universorum Dominum cum angelis suis suscipere. Eapropter Paulus dicebat: *Hospitalitatis ne obliviamini: per hanc enim quidam nescii, angelos exceperunt hospitio (Hebr. 13. 2)*: patriarcham omnino insinuans. Atque ob hoc Christus dicebat: *Qui suscepit unum ex his minimis, in nomine meo, me suscipit (Matth. 18. 5)*. Audiamus, dile-

cti, et hospitio excepturi¹ numquam quaeramus, Quis, et unde. Nam si patriarcha in rogando fuisset curiosus, forte peccasset. Sed sciebat, inquis, advenientium dignitatem. Unde hoc tibi liquet? Quomodo autem si ita esset, admirationi fuisset? Neque enim sic admirabile fuisset. si suscipiendo hospites curiosius explorasset qui essent, sicut nunc cum ignorans quinquam advenerint, tanta alacritate et honore accedit quasi servus ad dominos, suisque verbis propemodum vincula injicit, et supplicat eis, ut ne renuant, neque se maximo damno afficiant. Sciebat enim quid faceret; propter hoc magno cum ardore fructum copiosum percipiebat. Sed audiamus verba scriptoris ipsius, ut videas in extrema senecta juvenilem alacritatem, et senem quasi juvenem exultantem, et putantem se invenisse thesaurum quemdam, hospitium nempe adventum. 2. *Elevatis autem, inquit, oculis, vidit, et ecce tres viri steterunt supra eum: et ut vidit, occurrit in occursum eis ab ostio tabernaculi sui.* Currit, et volat senex: vidit enim praedam quam venabatur, et nulla infirmitatis suae ratione habita, ad venationem cucurrit: non vocavit famulos, neque imperavit puero, nihilque rusticitatis neque desidia praese tulit, sed ipse cucurrit: quasi diceret, Magnus thesaurus est, magna negotiatio: per memetipsum hanc mercem inferre debeo, ne elabatur mihi tantum lucrum. Et haec faciebat justus, homines obscuros et viatores suscipere se existimans.

